




78

RD 363





*Es del Convento de Capuchinos de Malloca.*

BEATI  
RAYMUNDI  
LULLI

DOCTORIS ILLUMINATI  
ET MARTYRIS, TERTII ORDINIS  
Sancti Francisci.

OPERA MEDICA

CONTINENS QUATUOR LIBROS

1. Ars Compendiosa Medicinæ.
2. De Regionibus Sanitatis & infirmitatũ.
3. De Ponderositate & Levitate Element.
4. Liber de Lumine.

MAJORICÆ.

Ex Officina Petri Antonii Capò Typographi.  
*Superiorum Permissu.*

---

Anno M.DCC.LII.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly a header or title.

Second block of faint, illegible text.

Third block of faint, illegible text.

Fourth block of faint, illegible text.

Fifth block of faint, illegible text.

Sixth block of faint, illegible text.

Seventh block of faint, illegible text.

Eighth block of faint, illegible text.

Ninth block of faint, illegible text.

*JUDICIUM P. DOCTORIS JOANNIS MAYOL SOCIETATIS JESU, apud Baleares, Propositionum Fidei Censoris &c.*

**J**ubente Perillustri Domino D. Joanne Despuig, & Fortuñy, Philosophiæ, & utriusque Juris Doctore, Almæ sedis Balearicæ Canonico, atque Illmi. & Rmi. D. D. Laurentii Despuig, & Cotoner Episcopi Majoricensis, Vicario Generali, & Officiali, maximâ, qua potui, cura, & sedulitate legi Opuscula hæc quatuor, sive libros, *De Regionibus*, scilicet, *Sanitatis, & Infirmitatis. De Lumine. De Levitate, & Ponderositate Elementorum. Et Artem compendiosam Medicinæ*, posteritati relictos, à Beato Raymundo Lullo, Baleari, Bugiæ in Africa Martyre, atque Doctore Illuminato.

Quid tamen? Ergo futurus ego Censor operum tanti Magistri, Magistri Orbis Universi, Magistri divinitus illustrati, & ad miraculum usque, in scientiis omnibus, ex tempore, ab ipso (nec vana fides) ab ipso met Christo Jesu, eruditi? Apagè inepta cogitatio, & inanis. Tamquam, si fas esset lippientibus oculis, in examen vocare Luminum Patrem: aut pumici, explorare Aurum Colophonium. Quidquod Hominibus cœlitus datis, in gentium Doctores, & communes orbis Magistros, ea est (& ita par est, ut sic) dicendi, scribendique autoritas, ut violatæ prudentiæ reus esse videatur, quisquis, eorum respuerit apophthegmata, quantumvis religiosiori Crisi dixerit sacramentum.

Quamobrem Ego mihi, officii mei partes undequaque explere vissus sum, si hæc Quatuor Opuscula, comprobem, non alium, quàm Beatum Raymundū, Authorem confiteri. Verum, ecquis hoc audebit inficiari, postquam, apud Proazam, Nicolaum Antonium, Uvandingum, Custurerium, Soleriumque, Viros omni doctrinâ exornatos, & quorum est, vera à suppositiis Beati Raymundi opera, diligenti, & vindice


dicere examine fecernere, illa, in Catalogum, prodigiosâ Librorum multitudine, à Beato Martyre certè conscriptorum, concinnatum, absque ulla prorsùs religione recipiantur?

Quid ergo ab illis spectare, fas est; nisi Mysteriorum Naturæ refectionem, rerum naturarum intelligentiam, Principiorum penitus ignotorum agnitionem, & hominum, quotquot sunt, & erunt utilitatem? Ita sanè, experientia magistra, nemini, dubio esse poterit, quin acciderit aliis ejusdem Beati Doctoris aliquando in lucem editis, scriptis, sive illi Grammatici sint, sive Rhetorici, sive Logicales, sive Philosophici, sive Methaphysici, sive Medicinæ, sive utriusque Juris, sive Theologici, sive Quodlibetales, sive Ascetici, sive Cathequetici, sive Expositivi, sive Polemici, sive Mechanici, sive Ethici, sive Politici. Nulla enim Ars est, Scientia, vel Facultas, in qua non salutetur Magister Beatus Lullus, cujusque tractationibus multis, variisque, semper tamen mirabilibus, semperque pietatem redolentibus, atque orthodoxiâ non ditaverit posteritatem.

Unum vero, mihi fatendum est, me scilicet latere plurima Opusculorum istorum, quæ quidem veneror, tamquam sacramentum à sæculis absconditum, quæque assequi non valet exiguitas ingenii mei, nec præsumit. Quod facilè condonandum puto, & Instituto meo, & meis studiis omnino ab Arte Medica remotis, & à principiis Artis Lullianæ, quæ, quantum necessaria sint, ut Opuscula hæc, eam, quam speramus, afferant utilitatem, Prudens Lector judicabit.

Nolim tamen id à me ita planè dictum, intelligi, ut sibi persuadeat quisque, non posse me, quatuor hosce libellos ab omni prorsus errore pronunciare immunes: huic enim judicio, nec opus est Divini Senis aphorismis, nec Pii Eremitæ combinationibus. Quare post operorum examen, diuturnumque censeo





Opuscula ista quatuor nihil habere inimicum divi-  
nis juribus , aut humanis , & typis esse dignissima.  
Palmæ Balearium , in Collegio Montis Sion Societa-  
tis Jesu 28. Septembris , anni 1751.

JHS.

*Joannes Mayob.*

Imprimatur :

*Despuig Vis. Gen. & Offi.*

El presente documento tiene como objetivo principal  
informar a los interesados sobre el proceso de  
licitación para la adquisición de los bienes  
mencionados en el presente documento.

El proceso de licitación se iniciará el día  
miércoles 15 de mayo del 2006 a las 10:00 horas  
en el lugar y fecha mencionados en el presente  
documento.

El interesado deberá presentar el  
pliego de condiciones y el presupuesto  
debidamente sellado y firmado por el  
interesado, en el lugar y fecha  
mencionados en el presente documento.

El interesado deberá presentar el  
pliego de condiciones y el presupuesto  
debidamente sellado y firmado por el  
interesado, en el lugar y fecha  
mencionados en el presente documento.

El interesado deberá presentar el  
pliego de condiciones y el presupuesto  
debidamente sellado y firmado por el  
interesado, en el lugar y fecha  
mencionados en el presente documento.

El interesado deberá presentar el  
pliego de condiciones y el presupuesto  
debidamente sellado y firmado por el  
interesado, en el lugar y fecha  
mencionados en el presente documento.

**JUDICIUM EXPERTISSIMI ET MAGNIFICI**  
**D. Andreae Oliver Medicinæ Doct̄oris.**

**M**iramini omnes cur *Ars Compendiosa Medicinæ:*  
*Liber de Regionibus sanitatis, & infirmitatum:*  
*alter de Levitate & Ponderositate Elementorum:*  
 & liber pariter *de Lumine* Archangelici Præceptoris  
 mei Beati RAYMUNDI LULLI nobiles fætus, diu de-  
 siderati, sinè intermissione quæsi, & aliquando con-  
 cupiscenti animo præparati, tam serò lumen aspiciant!  
 Sed paulispèr sistite, dum à Gabrielis ore Danieli dudū  
 revelantis verba proponam, & fiat omnibus satis dum  
 tollatur ab omnibus ratio dubitandi. *Tu claude* (aje-  
 bat) *sermones, & signa Librum usque ad tempus statutū.*  
*Plurimi pertransibunt, & multiplex erit scientia.* Danie-  
 lis cap. 12. v.4. Ad quid *plurimi pertransibunt?* Appro-  
 priate loquar: Nec dum venerat hora ejus, & statu-  
 tum tempus ut illuminaret abscondita tenebrarum, &  
 diceret his qui in tenebris: *revelamini.* Sed qualis re-  
 velatio? *In eo* (fatur Hieronymus ad Paulinum) *nihil*  
*mediocre, totū summum, totum perfectum est, sed & ipsum*  
*genus eloquii pressum est, & nitidum, crebrum est in sen-*  
*tentiis, nitet quidem, & fulget etiam in cortice, sed dul-*  
*cius in medulla est; qui edere vult nucleū frangat nucem.*

Introspectis etenim & diligenter evolutis scrip-  
 tis, nemo à præconcepto desiderio fraudatus poterit  
 depræhendi; præpolitus undique doctrinæ, & erudi-  
 tionionis pigmentis cunctis redolet ad stuporem Ma-  
 teriæ singularis Auth̄oris sublimitas. *Vir in primis mag-*  
*nus* (dicam cum Plinio lib. 2. Epist. 3.) *magnâ famâ*  
*præcesserat, major inventus est.* Præfationes terse, gra-  
 ciles, dulces, graves interdum, & erectæ. Proponit con-  
 troversias plures, electionem auditoribus permittit sæpè  
 etiam partes: surgit, amicitur, incipit statim omnia,  
 ac pænè pariter ad manum sensus reconditi: occursant  
 verba, sed qualia? quæsi, & exulta! *Multa Lectio*  
 in

*in subtilis, multa scriptio elucet. Præmiatur aptè, narrat aptè, pugnat acriter, colligit fortiter, ornat celsè, postremò docet, delectat, afficit, quod stilo quoque consequi magnum est.*

Pro tanto opifice, & opificio haud nefas erit hilari animo conclamare quod de imaginaria Ethnicorum Pandora Tertulianus protulit. *Hoc primum* (ait de corona Militum cap 7.) *caput coronatum est à Charitibus cum ab omnibus muneraretur: unde Pandora, quasi omnium affecta donis. Sed quorsum tendo? Nunquam de amicorum iudicio gloriaris* (falsus fuit Hieronymus adversus Joannem Hierosolymitanum) *alioquin si amicus pro te dixerit non testis, non iudex, sed fautor putabitur.* Inconcinnè ergo à me erga Illuminatissimū Dominum & Magistrum tot retexuntur encomia. Sed in promptu eodem testante Hieronimo ad Rufum responsio erit: poterit enim amicus de amico formare iudicium, quin impediatur affectus; ait enim: *vera amicitia consentit, dissimulare non debet.* Nam, aiebat Plinius: *Indulgentia scio illud esse, non iudicium.*

Aggrediamur ergo pro accurata iudicii libra grandævū opus, audiamus sive pro sui eloquio digno, sive pro nostri eruditione; sed antea penicillo brevi aliquantulum illud depingam, ut qui totalitèr Archangelici Doctoris Artem ignorant, debitum iudicium illius afferre valeant, uti ex ungue leonem.

Ita compendiosè Medicinam tractat B. Author in sua *Arte Cōpendiosa Medicinæ* quòd solùm in octo literis Alphabeti, ut videre est in prima figura & cæteris in prima parte adductis, totam Medicinam ad partes similes spectantem claudit; nam Ars Medica (ex communi consensu omnium Medicorum) tota in contemplatione status naturalis, & præternaturalis corporis humani, & restauratione illius generaliter versatur; & omnia ista ita evidentèr demonstrat cum dictis octo literis, quòd nedum omnia generalia, verum etiam spe-

specifica, & individualia temperamenta, & intemperies cujuscumque corporis absque ambagine percurrit, ut Artista valeant in omni ætate, quacumque regione, in quolibet anni tempore, in utroque sexu, in quolibet die, & in quacumque hora diei quodnam temperamentum, & quænam intemperies prædominatur si solum figuram viginti quatuor horarum callere valent, eamque ducere in septem addiscant quæ correspondent septem planetis, septem diebus septimanæ, & septem speciebus temperamentorum: unde sensus fidem faciunt quòd non possunt esse plures, nec pauciores: unde, & temperamenta: & nedum supradicta omnia attingent, verum etiam indicans, & indicatum percipient, & particularem occasionem præscribendi medicamenta adinvenient, quòd est simpliciter necessarium ut juvent, ut tenent Ludovicus Mercatus in suo tractatu de methodo medendi, his verbis: *Tanti est momenti in re medica occasio, ut sola vim, & efficaciam ab auxiliis auferat, aut ipsis præstet.* Et Galenus in Comment. 3. lib. 6. de morbis vulgaribus, classe 3. fol. 188. lit. A. *Quis autem est faciendi auxilii author? occasionis scilicet inventor; & in hoc Ars Medica consistit, ut tenet Parafelsus, & plures alii.*

Nedum ad omnia antea dicta valent dictæ octo literæ, verum etiam ad cognitionem pulsus, & urinæ, & ad percipiendum futuram crîsim, tam bonam, quàm malam, sive perfectam, sive imperfectam, ut ipse Beatus Author testatur in suo Libro de Principiis, & Gradibus Medicinæ, dist. 7. cap. 21. de febribus in genere tomo primo impressionis Moguntinæ, dicens: *Quæ figura (Loquitur de figura radice arboris, quæ easdem literas continet) febres demonstrat, & per ipsam potest habere cognitionem de Laudabili crîsi febrile, & de terminatione illarum, vel de morte infirmi, dummodo tamen æger, vel assistentes motum naturæ non valeant perturbare, ut antea jam insinuavit Hypocra-*

tes lib. 1. aphorismorum Sententia prima his verbis: *Nec solum seipsum prestare oportet facientem, sed & agrum, & assistentes &c.*

In prima figura ex dictis octo literis structa, & duobus circulis composita, explicat Magister motum circulare continuum elementorum & humorum nostrum corpus componentium, scilicet quod ignis tribuit suam caliditatem aëri, & aër suam humiditatem calefactam aquæ, & aqua suam frigiditatem humefactam & calefactam terræ, & terra suam siccitatem refrigeratam, humefactam & calefactam igni, & sic continuò, & successivè ignis exsiccat à terra, refrigeratus ab aqua, & humefactus ab aëre iterum tribuit se aëri &c. unde fit digestio elementorum, & humorum, quod nihil aliud est, quàm mortificatio simplicitatis materialium illorum, & sic sequitur compositio, & generatio corporum, & in corpore, à qua dependet conservatio vitæ, & sanitatis: si verò interceptur dictus motus circularis sequitur immediatè corruptio, & mors; & si solum perturbatur, vel improporcionatur; id est quod unum elementum, vel unus humor magis tribuat de sua materia & forma, quàm aliud possit accipere, sequitur disunio illarum, unde accidit reincrudatio, & putredo, & sic morbus; & si non corringuntur, corruptio, & mors.

Præter dictum motum circulare dictorum principiorum habent elementa, & humores alium motum circulare compositum ex ascensu, & descensu, absque motu locali, quem significare intendit Magister cum dictis octo literis in figura quadrangulari efformando octo quadrangulos ad demonstrandum ordinationem transmutationis temperamentorum, seu prædominii qualitatuum dictorum principiorum singulis diebus, sicuti sensibiliter apparet in quatuor temporibus anni, ut ex Hypocrate annotavit Galenus lib. 1. de Morbis vulgaribus, Comment. 1. classe 3. fol.

109. lit. A. dicens : *Propterea ut Hypocrates ipse docet, ver quidem sanguis humorum temperatissimus :: abundat &c. & fol. 103. tempestate 1. sub lit. B. : At quia singulis anni temporibus, singuli vigent humores ( ut ab illo accepimus ) hyeme pituita, sanguis vere, aestate bilis, autumno bilis acida : quod confirmat Hypocrates lib. de Natura humana sect. 3. fol. mihi 7. : & adhuc clarius Galenus lib. de dinamidis fol. 19. lit. E. his verbis : Hac omnia in suis temporibus crescunt, sanguis veris tempore, colera rubra in aestate, colera nigra in autumno, flegma in hyeme : isti humores dominantur sive per diem, sive per noctem : sanguis dominatur ab hora noctis nona usque in horam diei tertiam : colera rubra ab hora diei tertia usque in horam nonam : colera nigra ab hora diei nona usque in horam noctis tertiam : flegma ab hora noctis tertia usque in horam noctis nonam ; Et ut dictum prædominium, & motum circularem demonstret, construit figuram viginti quatuor horarum ex dictis octo quadrangulis conflata, ut sensibus apparet ; & singulæ cameræ, sive horæ ex uno quadrangulo ex dictis octo literis efformantur.*

Et ut demonstret concursus causæ materialis tam sanitatis, quàm morbi, apponit ad oculum figuram triangularem constructam ex sedecim triangulis quos efformare valent dictæ octo literæ : Rem patefaciet exemplum : *Bilis* v. g. est causa alicujus infirmitatis, vel est causa temperamenti præsuppositi individui : dictus humor (& similiter dicendum est de aliis) accipit siccitatem à melancolia, & tribuit caliditatem sanguini, unde efformatur triangulus ; & cum solum sedecim modis possint dictæ octo literæ circulariter triangulariter combinari, ut in tabula apparet, propterea solum sedecim triangulos valent efformare.

Quinta figura, quæ est de gradibus elementorum, & humorum, & de devictione illorum, solum constat ex quatuor literis ex dictis, quia aliæ quatuor sup-  
pler-

plentur numeris algorithmi, & in hac figura intendit Magister demonstrare quid resultet ex concursu duorum, vel trium, vel plurium horum, vel elementorum, vel quorumcumque aliorum corporum physicorum: ad quod faciliter intelligendum est in memoria tenendum id quod dicit Magister in figura elementalī, & pluribus aliis in locis circa compositionem, & ordinationem elementorum in composito, scilicet quòd in Regno calidorum v. g. alia sunt calida in quarto, alia in tertio &c. & sic de aliis Regnis, & quod calidum in quarto debet esse siccum in tertio, humidum in secundo, & frigidum in primo; & si est calidum in tertio, siccum in secundo &c. sic ordinatæ taliter quòd qualitas propria excedat cæteras, postea sequatur appropriata, tertium locum occupet illa cui principalis appropriatur, & ultimum locum debet tenere ipsi contraria: hoc supposito, ut usus dictæ figuræ pateat aliquo exemplo elucidabitur; & suppono esse investigandum quid resultabit ex concursu, vel mixtione duorum simplicium, vel humorum &c. ex quibus unum sit calidum in quarto v. g. & aliud siccum in tertio, in hac compositione habemus quatuor gradus caloris, tres siccitatis, duos humiditatis, & unum frigiditatis ex composito calido; & ex sicco habemus tres gradus siccitatis, duos frigiditatis, unum caliditatis, & tria puncta humiditatis; & cum caliditas uniatur caliditati, & siccitas siccitati, & sic de aliis ad oculum patet in dicta compositione esse quinque gradus caloris, sex siccitatis, tres frigiditatis, & duos, & tria puncta humiditatis: unde cum magis habeat de siccitate, quàm de cæteris qualitatibus, necessario siccitas debet prædominari; unde compositum resultat siccum; & cum frigiditas sit qualitas appropriata terræ, & qualitas appropriata ex ordinatione naturæ (ut supra dictum est cum ipso Magistro) secundum locum debet obtinere, sic ex dicta compositione debet re-


sul-



sultare compositum siccum, & irigidum, minimè verò siccum & calidum, quia ex quo siccitas vincat caliditatem cum secum trahat frigiditatem, frigiditas etiam illam devincit, quamvis non sit ita devicta sicut esset si frigiditas prædominaretur quia sic transferret in potentia; & nunc manet in habitu descendentis; & ratio quare frigiditas devincit caliditatem in exemplo proposito, cum caliditas illam excedat extensivè, est, quia frigiditas in siccitate est in propria domo, & caliditas in peregrina, & minor quantitas in propria domo habet majorem virtutem, quàm major in aliena; & si sic non esset, non posset esse generatio, quia non esset motus circularis continuus, quia non possunt situari in forma scalæ, sed debent in forma quadranguli, ut non interrumpatur motus continuus circularis ex quo sequitur generatio; quia si primo modo, quomodocumque ordinarentur semper deberent duo extremè opposita immediatè concordare, quòd naturaliter repugnat, & sic situantur in forma quadranguli, taliter quòd qualitates excedentes efforment duos angulos superiores, & alię duę duos angulos inferiores, scilicet quòd qualitas minus devicta stet sub qualitate excedente, & magis devicta sub angulo subdominantis ut in exemplo proposito sic:

SICCITAS.

FRIGIDITAS.



CALIDITAS.

HUMIDITAS.

Quo pacto, & non aliter possunt semper conservare suum motum circulare, ut jam superius dictum manet.

Supradictę quinque Figure sunt materia Artis Medicinalis quibus addit Magister figuram T. suę Artis genera-

nera-

neralis, ut cum angulis dictę figurę valeat Medicus  
 resolvere omnes quęstiones Medicinę, nedum specula-  
 tivas, verum etiam & practicas pertinentes ad generales  
 species illius scilicet curativę conservative, & preservati-  
 vę; qua propter ipsemet Illuminatus Doctor utitur iisdę  
 tribus triangulis ad eundem finem in ipsius Arbore me-  
 dicinali ut videre est in primo tomo impressionis Mo-  
 guntinę: & quamvis Magister in prima quęstione hu-  
 jus libri sufficienter usum dictorum triangulorum ex-  
 plicet, tamen ut clarius elucescat veritas sit exemplum  
 applicando illos ad practicam, nam unus morbus ne-  
 dum differt à sua causa, & symptomatibus, verum etiã  
 ab alio morbo adhuc ejusdem speciei, quia una ter-  
 tiana v. g. differt ab alia; pariter etiam una sanitas  
 ab alia, sicut unum temperamentum ab alio, & sic  
 de aliis rebus tam naturalibus, quàm non naturalibus,  
 & præter naturalibus: hoc supposito inquit Artista  
 in quo consistat dicta differentia; & cum Symptomata  
 sint id quod primo se offert sensibus Medici, & u-  
 num differat ab alio, cum angulo sensuale cognoscit  
 Medicus esse differentiam inter sensuale, & sensuale,  
 & cum hac differentia Medicus intellectualiter intel-  
 ligit unam tertianam differre ab alia, & sic de aliis  
 angulis dicti trianguli; & profequitur applicando trian-  
 gulum rubeum cum quo nedum cognoscit principi-  
 um, medium, & finem tertianę, verum etiam quanam  
 tertiana est principium totius morbi, quanam medi-  
 um, & quanam finis illius morbi, ut ipsemet B. Author  
 tenet in libro de regionibus sanitatis, & infirmitatum,  
 quod insinuatum fuisse videtur ab Hypocrate in libro  
 de Morbis sect. 5. fol. mihi 32. circa initium ubi dicit:  
*Si tertiana febris detineat, siquidem post tres accessiones  
 quarta præhendat &c.* unde liquet quòd non semper  
 supervenit quarta; & sic tertia accessio ut plurimum  
 est finis terminationis totius morbi; & si non, septem  
 circuitibus judicatur quę longissima est ab Hypocrate  
 4. Aphor. sent. 59.

Pari modo poterit applicare Artista triangulū croceum, & inveniet unum morbū majorem, vel minorem, vel æqualem alio, & sic unam sanitatem alia, & unum temperamentum alio &c. & similiter de angulis, nam inter substantiam & substantiā ut inter causas materiales morborum, & sanitatum; & inter accidens, & accidens, ut inter unum synthoma, & aliud; & inter substantiam, & accidens, ut inter causam materiale & morbum, vel synthoma &c. sicut si vires naturales sunt majores, vel minores viribus morbi: unde rectè poterit inferre Artista illam tertiam accessionem posse, vel debere esse finē terminationis totius morbi, vel non; & si primum, totum opus est naturæ relinquendum, cum ipsa sit sola morborum medicatrix; & si secundum, debebit illi adjuvare ut consequi valeat dictam tertiam accessionem, vel saltim quartam esse finem terminationis totius morbi, ut pluries cum Hypocrate est observatum, & de ipso constat in sententia supra adducta.

Præterea principium aliud est *cause*, aliud *quantitatis*, & aliud *temporis*, ut in angulo dictæ figuræ patet. Principium *cause* in exemplo proposito de tertiana est humor biliosus apud omnes Galenistas, & dicit Beatus Author quod dictus morbus fit in regione de B F. & in camera B F. quæ significant in prima figura humorem biliosum, & humorem biliosum; vel ipsius caliditatem & siccitatem, quod idem est ac diceret quod febris tertiana fit dum *bilis* est in *bile*, id est dum humor biliosus præternaturalis devincit humorem biliosum naturalem, tunc incipit, seu causatur prima accessio febris tertianæ, sive nota sit, sive exquisita; & cum humor biliosus tribuat se sanguini, & recipiat in se melancoliam, efformat triangulū de ABC. figuræ triangularis, & cum sit compositus cum melancolia, ut valeat istud significare, disposuit figuram quadrangularem, & in illa cameram de B F C G.; & cum dixerim quod

quòd bilis tribuit se sanguini, secunda accessio fit in sanguine, quia iste etiam vincitur ab illo, & est medium ipsius morbi per quod transit tertiana in pituitam in qua fit tertia accessio, & si vires nature excedunt vires morbi, ista tertia accessio est finis terminationis totius morbi, ut cum Hypocrate superius insinuavi, quia cum pituita sit extremè opposita bili ratione qualitatatum, & etiam extremè opponantur ratione præter naturam, & secundum naturam, ambo possunt apponere omnes suas vires: unde potest, & solet frequentèr consequi perfecta crisis.

Principium *quantitatis* in tertiana est initium durationis, & vehementiæ paroximi, vel totius morbi. Primo modo est quantitas discreta respectu totius morbi; respectu verò ipsius paroxismi est continua. Tandem principium *temporis* in tertiana est hora, seu instans horæ in quo incipit tertiana; & considerando Medicus in qua regione, & in qua domo illius regionis incepit tertiana juxtà dispositionem figuræ 24. horarum, quæ divisa est in octo regiones, nempe de A. de E. &c. & quælibet regio continet tres cameras, & quælibet camera constructa est ex uno quadrangulo, seu quatuor literis, ut videre est in figura, & ut superius dixi, deservit ut sciat Medicus brevior, vel longior, vehementior, vel levior esse paroxismus, & etiam totum morbum; nam si incipit tertiana in propria regione, & in propria domo, vehementior, brevior tamen erit paroxismus, uti etiam totus morbus; contrarium tamen eveniet si incipit in alia regione magis, vel minus, juxtà majorem, vel minorem concordantiam, vel contrarietatem, quam habebit principium materiale cum regione (servatis servandis) ut ex dictis manet demonstratum; & similiter discurrendum de aliis morbis.

De ultimo triangulo pauca addam, nam major est tertiana duplex, quàm simplex (abusivè loquendo) & major

major est vehementior, & longior, quàm levior, & brevior, & hæc est majoritas inter accidens, & accidens; & major est tertiana, seu vires ipsius, quàm naturæ, & sanitas in principio, & statu paroxismi, & totius morbi, quia aliàs non vincerentur ab illo, hoc tamen est ex accidenti, quia ex se semper sanitas, & natura conveniunt cum majoritate respectu morbi; & hæc est majoritas inter substantiam & accidens; & pariter discurrendum de majoritate inter substantiam, & substantiam, ut jam dictum manet, sicut de æqualitate, & minoritate. In secunda parte adducit varias quæstiones valdè necessarias ad Artis intelligentiam, & hæc compendiosè de Arte Compendiosa Medicinæ.

Et si aliquis animadverteret diminutum processisse nostrum Archangelicum Præceptorem in hac Arte, & in reliquis libris Medicinæ ab ipso conscriptis, quia solum de morbis partium similarium, & sanitate illarum pertractat, & nihil de morbis, & sanitate partium organicarum; debet etiam advertere, ut maneat, satisfactus quòd Beatus Author deduxit, seu construxit Artem suam Medicam, & reliquos libros Medicinæ à sua Arte Generali; & cum utraque sit stabilita in principiis naturalibus, & minimè in mechanicis, & morbi partium organicarum consistant in improprietate structuræ mechanicæ corporis, & non in naturali, ut pote qui in curatione illorum opus impendunt Medici organici à Galeno nuncupantur, ut videre est in *lib. 7. de usu partium, classe 1. fol. 161. lit. G.* quia usus illius in operatione manuali terminatur, quod propriè juxta præsentem ordinationem politicam ad Medicum non spectant, proinde, & quia in angulis Figuræ T. implicite continentur, quod libenter exponerem si non deberem nimis detineri, minimè diminuta est Ars, benè verò compendiosa.

Aliud dubium se offeret pluribus legentibus istam **Artem** (& sequentes libros) nempe esse inaccessibleem

lem propter brevitatem illius, quod opponitur sententia primæ *lib. 1. Aphoris.* supracitati Hypocratis dicentis: *Vita brevis, Ars longa,* & propter defectum explicationis principiorū, quæ non obstant, si in memoria tenerent, quòd *ubi desinit physicus, ibi incipit Medicus*: unde cum supposuisset Magister, quòd, qui Artem suam Medicam accipere vellent, primò in sua *Arte Generali,* & sua *Physica* debebant esse instructi, quo facile assequi possent ( instructis primò in generalibus ) legendo librum suum *de principiis Philosophia* in tomo primo ipsius operis impressionis Moguntinæ adductum, *librum Chaos,* in tomo 3. dictæ impressionis, librum exponentem *figuram elementalem* in tomo 4. dictæ Editionis repertum, & librum *de principiis, & gradibus Medicina,* in primo tomo jam citato excussum, obtinebunt omne desiderabile in Medicina, & si illos perfectè callent, multò plura alia quæ dixi invenient, & *citò, tutò, & jucundè* finem Medicinæ assequentur; & sanè fateor quòd poterunt supra adductam sententiam Hypocratis *ex libro primo Aphoris.* invertere asserentes, *vita longa, Ars verò brevis, occasio præceptis, experimentum securum, iudicium facile &c.*

Et non terreantur dum legant Arborem Medicinalem, eo quia Magister in radice illius solùm utatur quatuor litteris & in his tractatibus, octo, quia ibi Magister solùm compositionem humorum, & situationem illorum in dicta compositione ut quatuor quadrangulos efforment, & situationem naturalem illorum, significare voluit; & cum quatuor tantùm sine humores, propterea quatuor tantùm literis quadrupliciter combinatis illos designavit. Tum etiam easdem quatuor literas in trunco arboris tradit, & easdem significationes obtinent, ut in his tractatibus, quia secundum dispositionem arboris indigebat omnibus litteris Alphabeti, vel quasi; & sic oportuit quòd prima

mæ quatuor literæ nedum pro substantiis , verum etiam pro accidentibus supponerent , unde minus octo literarum exigent , & quælibet ex quatuor dictis literis quatuor flores obtinet cum numeris algorithmi designatas , ut cum libro de Ponderositate , & Levitate Elementorum uti etiam cum aliis concordet.

Superaddit Magister in hac Arbore unum quadrangulum ex figura Prædestinationis decerptum , qui quadrangulus logicæ communiter appellatur , ut cum ipsa , & cum figura T. valeat Medicus explicare , & exponere id quod dixerunt antiqui Medici de principiis Medicinæ ut ipsemet fatetur dicens in cap. 1. *Secunda branca est de novo inventa, & est inventa ad exponendum primam artificialitèr, & metaphoricè &c.* Et profequitur: *Secunda ( branca ) dividitur in tres triangulos , qui sunt de principiis Artis Compendiosa inveniendi veritatem, & unum quadrangulum figura Prædestinationis, qua continetur in supradicta Arte.*

Nec parere potest confusionem quod in hac Arte, & cæteris sequentibus tractatibus B. v. g. significet ignem, & bilem, & F. caliditatem, & siccitatem; & in Arbore medicinali A. bilem, ignem, & caliditatem significet, quia una & eadem litera in una figura unum significare elementum, vel humorem, vel qualitatem, & in alia figura aliud est ad libitum Authoris, quia literæ naturaliter, seu per se talia non significant; sufficit enim ad evitandum confusionem quod colores, quibus literæ depingi debent, semper unum & idem elementum, vel humorem, vel qualitatem demonstrent, quia colores sunt proprietates elementorum, quæ semper naturaliter suum proprium debent designare; & cum Beatus Author in omnibus figuris pertinentibus ad Medicinam per colorem rubeum ignem, bilem, & caliditatem semper demonstret; & per nigrum terram, siccitatem, & melancoliam, sicuti per lividum aërem, humiditatem, & sanguinem, & tandem

tandem per viridem aquam, frigiditatem, & pituitam demonstret, hinc est quod minimè possunt confundi. Et quamvis à Medicis Sanguis dicatur rubeus; Bilis, flava; Pytuita, alba; & Melancolia nigra; tamen non obstat, quia Medici non tribuunt colores humoribus juxtà proprietates elementorum illis correspondentium, ut facit B. Author, sed juxtà id quod sensibus percipiunt in excretionem illorum; & cum bilis tam in suo receptaculo quàm dum excernitur sit flava, proinde dicunt bilem esse flavam, & sic de aliis: cum autem bilis tam excreta quàm in suo receptaculo, & similiter alii humores, sit composita cum aliis nedum essentialibus, & componibilibus, verum etiam cum non essentialibus, & incomponibilibus, & juxtà majorem, vel minorem quantitatem unius, vel alterius ex componentibus resultet talis, vel talis color (ut pictores testare valent) nam sanguis excretus tam artificialitèr, quàm præternaturalitèr semper est rubei coloris, magis, vel minus, pro ut est mixtio aliorum humorum, quia apud omnes Medicos Hypocratem, & Galenum insequentes omnes quatuor humores cum illo evacuantur. Bilis (apud ipsos) excreta aliquando est flava, aliquando vitellina, viridis aliquando, & aliquando cruginosa &c.; unde apparet quòd dicti colores non sunt proprietates dictorum humorum, quia sunt separabiles à subjecto; non autem sic Beatus Author tribuit colores humoribus, sed prout illis competit naturalitèr secundum compositionem illorum, nam bilis, pro exemplo, cum sit calida, & sicca à prædominio, necessariò debet habere magis de igne, quàm de cæteris elementis, & sic ignis est in illa à prædominio: & cum color ignis compositi sit rubedo, ut in igne culinari sensibus patet, pretereà, & non immeritò, bilem, ignem, & caliditatem in libris Medicinæ cum colore rubeo voluit demonstrare, alias non traderet ordinatè, & propor-



portionatè principia Medicinæ: simili modo intelligendum venit de aliis coloribus humorum.

In Libro de Regionibus sanitatis, & infirmitatum cum eisdem octo literis nedum confirmat quæ dicta sunt in libro antecedenti; verum etiam correspondentiam motus circularis elementorum, & humorum, cum motu circulari Sphærarum, Signorum, & Planetarum; & ut clarius procedat, librum dividit in tres distinctiones; in prima cum sua figura circulari omnes infirmitates, & omnes sanitates possibles significat; & explicatio, quam de illa adducit, est comentum supradictæ figuræ 24. horarum.

In secunda distinctione cum eisdem octo literis affert circulationes, connexiones, & aspectus Signorum, & Planetarum cum debita explanatione in quantum conducere possunt ad Artem Medicam; & etiam docet quomodo debent graduari medicamenta, ut virtutes istorum valeant rectè proportionari vi, & magnitudini morbi, quod est simpliciter necessarium ut finis Medicinæ consequatur. Et tandem in tertia varias excitat quæstiones tum practicas, tum speculativas, easque resolvit proposita methodo figurarum.

Ad supradicta facilius intelligendum annectitur *liber de levitate, & ponderositate elementorum*, in quo cum eisdem octo literis tanquam cum bilance in figura *de devictione* nedum quantum valeant elementa, & medicamenta simplicia demonstrat, verum etiam ex compositione aliquorum simplicium, quale resultet compositum manifestat, sicuti ex tali concursu elementorum, quale resultet temperamentum significat, & ad oculum exponit figuram elementalem prout illam explicatam habet in libro de figura elementali tom. 4. impressio- nis Mogumina; & in secunda parte varias quæstiones proponit ad Medicinam valde utiles, illasque resolvit.

Si autem supradicti libri alicui adhuc appareant nimis obscuri, accidit illis *Liber de Lumine*, qui est lux

vera

vetā quę illuminat omnem hominem ipsum legentem cum quo facile poterit illos perlustrare, quia cum solum novem literis Alphabeti affert principia Figure A. & T. suę Artis Generalis, & decem Regulas ipsius quibus (variando subjectum nempe lumen, & ponendo loco illius quodcumque aliud tam ex supradictis libris, quàm cujuscumque alterius scientiæ) poterit Artista scientificè discurrere de Medicina, & de omni scibili, cum sint principia generalia ad omne scibile deservientia, ut in prima distinctione apparet. In secunda distinctione definitiones dictorum principiorū, & Regulas contractas lumini; & in tertia adducit practicam dictorum, resolvendo quæstiones &c. & cum non oporteat quòd stet sub modio, sed debeat poni super candela-brum ut luceat omnibus qui in modo sunt: propterea.

Prodeant Opera ista cedro digna, & laudent Authorem Opera ejus: produnt etenim scientiam multiplicem, atque singularem in scientiis conditionem. Ad unguem Seneca de libro Q. sexti: *Magni si quid mihi credis viri, & licet negent stoici. Quantum in illo, dii boni, vigoris est! quantum animi! hoc non in omnibus invenies. Quorundam scripta clarum habent tantum nomen: cetera exanguia sunt: disputant, cavillantur, non faciunt animum, quia non habent. Cum legeris Sextum dices: Vivit, viget, liber est, extra hominē est.* Seneca Epist. 64.

*Nihil opus Authorem hunc, nihil hunc laudare libellū*

*Hoc opus Authorem laudat, hic Author opus.*


Adeoque mandato mihi semper gratissimo Perillustris Domini D. Ferdinandi de Chacon, Marrique de Lara Regii Conciliarii, & in Regali Balearium Audientia decani optemperans meum quale quale iudicium aperio nihil in universo opere perlustrari Regalibus iuribus dissentaneum, imò hominibus, qui nolint spontaneè secutire, insigniter profuturo. Dabam in meo Museo die 20. Augusti anno 1751.

*Dr. Andreas Oliver.*

Imprimatur:

Garnio Reg.

LECTORI CANDIDO.



ARTEM & Scientia in generalis Doctoris  
 Illuminati & Martyris B. RAYMUNDI  
 LULLI maximè valere ad omnes scien-  
 tias acquirendas, earumque objecta in-  
 timè, & scientificè penetranda, nedum  
 ingenuè & candidè fatetur Lullus ipse,  
 sed hoc etiam prædicant plurimi, agnoscunt plerique,  
 negant tamen aliqui, quin intimam aliquam sui asserti-  
 rationem possint afferre; arduum enim videtur nego-  
 tium generalia Artis Principia, definitiones, seu notio-  
 nes ac combinationes seu conditiones eorundem ob-  
 servare, perpendere, & rimari, intima eorundem secre-  
 ta perscrutari, ac diffusionem, & extentionem metiri:  
 ab hoc potiùs labore abstinere, quam eidem vacare  
 malunt, sicque potiùs absque ratione negare, quàm  
 prudenter credere vel rationabiliter cognoscere uti-  
 litatem Artis, præsumunt; quin potius aliquorum dic-  
 tamine freti, qui altum induti cothurnum, erecto su-  
 percilio, vultu fastidioso, animo elato, genio sibi  
 addicto, oblongo, sed inverso, telescopio, vel potiùs  
 ex vitris varii coloris confecto, aliquod volumen Ar-  
 tis, & fortasse solam figurarum ichnographiam & li-  
 terarum coordinationem, festinanter perlustrarunt,  
 audacter Artem contemnunt, floccipendunt, futilem  
 & inanem asseverant.

His profectò elleborum bibere consulerem, nisi  
 eos ad christianæ pietatis rudimenta amandare malletem.  
 Discant, quæso, isti, alioquin insignes viri, ab illo  
 trito & naturaliter noto principio: *quod tibi non vis  
 fieri, alteri ne feceris*, de Lullo judicare. Quisnam  
 est homo in mundo, qui vellet de se ipso suisque ope-  
 ribus sententiam ferri, se in audito, & causæ intimæ  
 & exactâ informatione neglectâ? Nullus proculdubio.  
 Est ne fortasse Lullus alterius, & quidem abjectissimæ,  
 fortis

fortis homo, ut qui aliorum normâ indignus censeatur computari? Nequaquam profectò. Est quidem homo, sicut & cæteri, nobili genere natus, in Aula regia enutritus, licèt postea eremiticam vitam professus, colloquio Pontificum, Regum aliorumque Principum dignatus, pro Christo opprobriis saturatus, laboribus fractus, & tandem Martyrio coronatus, ut fidem indubiam, licèt tantùm humanam, historiæ faciunt: quare ergo non æquâ lance ponderatur?

Nec suffragatur eisdem, quòd alii ita senserint, quibus, uti viris Doctis in hæcere prudens est profectò dictamen, sicut non excusaret de proprio casu cæcum quòd alium cæcum, quamvis alioqui providissimum, sequeretur. Quid mirum, erroneum eos proferre iudicium, qui nec dignantur aliquâ attentione legere, quòd tantâ præcipitatione audent iudicare? Videtur istis viris, quòd, sicut in aliis obviis punctis, festina Artis Lullianæ transcurso eis sufficiat ad intimam ejus structuram penetrandam & metiendam, & ita, sicut vago perlustrarunt oculo, præcipite condemnant sententiâ; cum tamen saltim deberet eos à præcipitanda sententiâ detinere iudicium, quòd alii viri doctrinâ & pietate commendabiles, post insumptum in lectione Lullii aliquod tempus, prudentissimè proferunt, Artem Lullianam eximiis extollendo præconiis.

Fateor plurimos, qui Lullo adversum explicant iudicium, celebres esse viros in orbe literario; at asseverare audeo eos, nec à limine, libros ejusdem salutasse, ut enim in comperto est, nemo, quem viderim, structuram Artis Lullianæ particulatim insectatur, ostendendo videlicet hæc vel illa vel omnia Lulliana principia non esse realia & naturalia, vel non esse universalia, & de omnibus verificabilia; eorum definitiones esse malas, combinationes falsas, vel ineptas, vel non ita ad omnia extendi, ut in omnibus possint valere; & tandem regulas in Arte præscriptas futiles

viles esse & vanas; sed omnes, paucis exceptis, qui aliunde eam laudant, & quoad aliqua emendare præsumunt, quasi ærem verberando, & ut hispanè dicimus, à *bulto*, Artem Lullianam explodunt, lacerant, calumniantur, solâ ejus primâ facie (Deus tamen scit quo oculo) inspectâ; cum tamen, si vellent esse sinceri, deberent omnia præallegata, in quibus ipsa consistit, probè examinare eorumque inutilitatem patefacere, si non quoad omnia, saltim quoad aliqua præcipua capita; at de hoc altum est penes ipsos silentium. Condonandum ipsis fortasse esset si non adeò protervè agerent, quia, uti communiter dicitur, *pluribus intentus minor est ad singula sensus*, & ita, dum omnia volunt criticâ lance librare, non rectâ ponderant lingulâ, vel vacillante inexperto aut debili brachio, pondus injustè declinant; & dummodo universalibus scientificis principiis non ducantur difficilius reputo Diogenis lampade exactum inveniri criticum, quàm hominem illum quem Cynicus Philosophus requirebat.

Nullus itaque excusationi est locus, dum præsentissima sunt Lulli Opera, ex quibus desumi potest experimentum; nam tum ex editione Moguntina, tum ex Majoricanâ, publicæ sunt expositi luci varii libri Lulliani, in quibus nedum Ars ipsa generalis proponitur & explicatur, sed etiam applicatur ad scientias particulares, præsertim ad Theologiam & Philosophiam; ut autem videretur, quid profit Ars Lulliana in scientia juris, præter librum *Principiorum Juris* tom. I. Mag. Ope. Lull. impressum, prodiit hic nuper *Ars brevis Juris* simul cum *Arbore Imperiali*; ut etiam videatur quid profit in Medicina, publico nunc exponitur examini volumen istud in quo *Ars compendiosa Medicina*, liber *de Levitate & Ponderositate elementorum*, & liber *de Regionibus Sanitatis & Infirmittatis*, continentur, quibus meritò liber *de Lumine*, tanquam

lucem



lucem aliis ministrans, subnectitur, pro ut exigit ipse  
B. Lullus in fine libri *de Regionibus*.

Tota quoad Medicinam Lulliana doctrina fundatur in quaternario elementorum suarumque qualitatum numero eorumque naturâ & conditionibus ad evidentiam usque passim demonstratis à Lullo in suis libris: quare potius supponere quam manifestare hoc naturale quaternarium, opere pretium hîc duxi; solumque animadvertere libet, quàm majori concinnitate inter omnes hujusmodi quaternitatem in natura admittentes, elementorum ordinationem & œconomiam explicaverit Lullus: unicuique enim propriâ determinatur qualitas, itidemque recensetur appropriata; ordo explanatur, quo unum in aliud agit, cum eoque miscetur, & ita qualiter intelligibilem forment circulum quadrangulum quoque, & triangulum naturales non quidem sensu perceptibiles, sed solo intellectu intelligibiles: ostensâ insuper in unoquoque mixto illâ, ad instar corporum cœlestium, mutatione adversâ, ab oriente scilicet ad occidentem, & ab occidentem ad orientem, itaut similes cœlestibus noscantur astrorum inferiorum conjunctiones, quia, ut afferebat maximus ille Trismegistus, quod est inferius est sicut id quod est superius; ordinatio quoque manifestatur, quâ omnia proportionaliter in mixto se habent, ita ut uno prædominante alia gradatim constituantur sub ipso, omnibus sub perfectâ œconomia consistentibus dum unicuique proprius domini, vel servitutis assignatur gradus mirabiliter ad hoc operante naturæ ingenio, dum ita ad invicem uniuntur elementa, ut dominans immediatè sub se habeat illud cujus qualitatem sibi appropriatam retinet, & in infimo substruat suum contrarium, quod nè penitus pereat, aliud cum utrisque concordans tanquam mediator interjicitur. Tota hæc naturalis œconomia est basis, quâ stat natura, & nativa ordinatio, omnigenam  
opera;

operationem exercet ; eâque ignoratâ nec vera Philo-  
sophia , nec ejus Filia Medicina stare ullatenus po-  
test.

Ex hac naturali œconomica structura ostenditur  
qualiter se habent in sanitate humores, & qualiter sunt  
tractandi , ut eadem conservetur ; in infirmitatibus  
verò , qualiter dissolvuntur & miscentur , uno semper  
aliis nimum dominante , aliis subterfugientibus cru-  
delis Tyranni insolentiam ; & qualiter eos tanquam  
bona Mater , sui exidium suorumque charorum inter-  
necionem deplorans , Natura , essentia scilicet mix-  
ti , pacificare & in ordinem redigere satagit , vires suas  
tyranidi dominantis opponens , cumque , vel dum ejus  
operatio cessat , vel mitigatur intentio , vel inducias  
concedit propria lassitudo , ad pacem amenam invi-  
tans missis bonis & amicis nuntiis , quousque vel  
succumbat exanimis vel tranquillitatem in domestica  
statuat familia.

Quia tamen sapissimè nec piæ matris viscera pro-  
terviam tyranni valent mollescere , nec sufficiunt vi-  
res ad ejusdem retundendas , opem implorat ipsa à  
sapienti Medico , qui non est nisi Naturæ Patronus,  
Consiliarius , & Administer , ipsique per pulsum alia-  
que naturalia signa suum miserabilem propalat statum ,  
& quia eidem jam patefecit totam suam naturalem  
œconomiam , quam velit , nolit , observare cogitur  
ipse tyrannus , patescit sagaci speculatori , considera-  
to pulsu aliisque signis ad normam prædictæ natura-  
lis œconomiae , quinam est humor tyrannidem agens ,  
quinam sit ejusdem amicus , & inimicus ; eâdem nor-  
mâ cognoscit quo gradu in infirmitate sit constituta  
insolentia dominantis ; illâ eâdem pariter regulâ pe-  
netrat , dum varia diversarum concordantium , & con-  
trariantium qualitatum miscentur simplicia , quænam  
in illa mixtione sit qualitas à prædominio , quænam sit  
devicta , & quantum , sicque eâdem admotâ natura-

li re

li regulâ proportionat infirmitati remedium juxta pondus & mensuram debitam, cum eâdem doctrinâ calleat ponderare medicamina, cognoscendo levitatem & ponderositatem elementorum.

Eâdem nativâ perceptâ œconomiâ cognoscit sagax Indagator Naturæ, quem motum peragant ad invicem humores, quanto auret tempore eorum intensa actio, quibus cœlestium conjunctionibus, & quibus naturalibus horis, vel aliis circumstantiis, insolenter dominetur; & ita dignoscit tempus, & occasionem, quâ vel evacuare, vel corroborare, vel aliud quidvis præstare debet; suas enim leges habet, & habere necesse est, naturalis motus quas noscere debet Naturæ Administer, ut opportunè succurrat, aliter venenum pro medicamento propinabit; si enim nescit quâ horâ humor intenditur, & dominatur, & quâ mitescit & subditur, putans illum evacuare, suum contrarium ab eodem jam penè destructum ejiciet, & maximè fortificabitur ille à quo tota inordinatio provenit; quoniam si horâ illâ, quâ aliquis humor dominatur, remedium exequatur evacuativum, nihil magis naturale, quàm quòd tunc dominans stet & domi tamquam dominus securè permaneat; & quòd præ suo naturali dominio è domo suum contrarium de trudat, & quòd iste adversarii intolerabile jugum sustinere non valens penitus dissolvatur, & fugiat; licet enim ad invicem sint mixti & à natura digesti, nunquam magis indigeruntur & dissolvuntur, quàm dum insolentia dominantis alios prosternit, divexat, & inamicabiliter persequitur; neque ullatenus est putandum, quòd, quia in hac perturbatione humor nimie dominans effervescit, sic, vel apertâ venâ per phlebotomiam, vel exobstrusâ viâ per laxativum, vel aliud quodcumque evacuans, præ sua ebullitione vasa prætergrediens naturalia potius diffluet, vel effundetur, quàm alius quicumque humor, sicuti effluere solunt



solent reclusâ viâ humores in artificialibus, vel etiam naturalibus aliis ebullitionibus; non inquam est ita vanè putandum, quia unumquodque elementum, atque ita unusquisque humor, appetit in unoquoque mixto simplicem suæ materiæ & formæ conjunctionem, & ad hoc se separat, quantum potest, de aliis, ut illud mixtum ad quantam possit reducat simplicitatem; & propterea habet instinctum & appetitum naturales, ut in illo mixto permaneat se simplificando, & de aliis se depurando; & consequenter eodem instinctu & appetitu, quantò magis dominatur, quòd est quantò magis intenditur, tantò magis contrarium humorum expellere conatur,isque eò magis fugere suum contrarium satagit; nisi quatenus à Natura suū imminens excidium pertimescente pro virili detinetur; quare non humor dominans sed devictus, in illo conflictu per evacuativum efflueret, sicut in perturbatione domestica domo non exilit dominus, sed manet, & fugat sibi adversantem; nec prudens Bellidux in conflictu, quo superat, loco cedit hosti, sed eundem è proprio deturbat situ, & persequendo fugere cogit: unde nec putandum in illa innaturali alteratione ita supra alios humores innatare dominantem, sicut oleum super aquam, sed omnes præ activitate illius quodammodo agi, & adinvicem, quamvis confuse, mixtos perturbatione agitari, & sùs decùsque (hispanè *al retortero*) ab illo duci; propter quod, dum reseratur via, & dominans suum expellit contrarium, cum ipso quoque involutus partim effunditur, domi tamen magis exorbitans & exasperatus remanet, quamvis aliquali suū dispendio suum detruderit hostem; & quia in illo confuso, & simultaneo effluxu dominans humor alios suis particulis tingit, videntur in ipsa effluxa materia aliqua dominantis accidentia, quæ scandalum sunt inexperto Medico, ut peccantem humorem evacuasse credat; cau-  
tè

tè tamen in hunc scopulum impingere sibi prudens debet præcavere: quare observato modo mixtionis humorum, attentis naturæ periodis, & circumspectis eorum circumvolutionibus, expectanda est dies & hora, quâ humor peccans potius devincitur à Natura, quàm ipsam vexando exagitet, aliter enim nō opportuna occasione; sed importuna capitositate operatur Medicus. Porrò, quibus diebus & horis dominantur, vel non dominantur humores; quæ etiã horæ cōcordent, vel contrariantur cum ipsis, & etiam cum remediis, dies etiã & horæ crisis, & alia quamplurima, juxta memoratam naturæ œconomiam in istis tractatibus abūdè patefcit.

Fateor quidem subtiles esse hos de Medicina Tractatus, & tanto artificio ac sagacitate conscriptos à B. Lullo, ut non nisi sagaci indagazione & attentâ reflectione percipiantur: generaliora Medicinæ capita exagitantur, hoc tamen solitâ brevitate Lullianâ; minusque ad particulares descendit casus B. Lullus, quàm ut optarent plurimi, quia ipse studiosum requirit Medicum & discursivum, eique generalia, stabilia tamen & necessaria, fundamenta proponit, ut ipse subtili & sagaci applicatione ad particulares descendat casus: ut verum fatear, tantâ cautelâ & sagacitate pandit Doct. Illum. secreta medica, quantâ docet philosophica in libris de Philosophia practica, ut ex hoc solo conjici valeat, quanta est utrorumque connexio & affinitas: quisquis itaque hanc doctrinam penetrare cupiat attentè iteret horum librorum lectiones, & conferat textus textibus, & sententias sententiis; nec omittendum censeat librum *de Principiis, & Gradibus Medicinae* & librum *de Principiis Philosophiae* tom. I. Magni Op. Lull.: tam pro majori intelligentia *Figurae elementalis* consulere poterit tom. 3. librum *Chaos*, & Com. Ar. Dem. super figura elementali, & tom. 4. libellum *de Figura elementali*; cum enim ex recta intelligentia habitudinis & ordinationis elementorum dependeat

pendeat intelligentia totius medicalis negotii, est prius illa debite & perfecte inspectoranda, antequam aliquid in re medica possit præsumi.

Tanta est profectò & tam aperta in hisce libellis generalis Artis Lullianæ applicatio, ut cæcus sit, qui non videat; quàm appositè autem ex ejusdem principiis, conditionibus & regulis generalibus deducantur ea, quæ Lullus hîc de Medicina docet, scrutetur prius quicumque, quàm vel Artem ineptam, vel Medicinam ab ea independentem pronunciare audeat; & multò minùs sciolus quispiam magis pomposæ verborum, facetæ dicacitati, affectatæ gesticulationi, & populari applausui, quàm veritati præ suo fastu studens, irridere præsumat cameras & domos humorum, dominium & servitutum elementorum, circumvolutiones & complexiones horarum, & alia similia ad phrasim Lullianam expectantia, ac ad clariorem & plenioram naturalis œconomix intelligentiam necessaria; si enim ita faciat, se purè animal risibile, non rationabile monstrabit.

Ad particularia hujus voluminis (candide Lector) accedendo, primò tibi offertur *Ars verè compendiosa Medicina*, quæ exactissimo compendio totum medicale negotium proponit, dilucidat, & determinat: in prima ex duabus, in quas dividitur, partibus theoreticam statuit, & in secunda practicam præscribit. Theoretica, quæ maximè consistit in recta cognitione œconomix elementalis, mirabiliter ostenditur in sex omnigenis figuris, quibus ad oculum ostenditur varia elementorum suarumque qualitatuum mixtio, dum eorum circulus quadrangulus, & triangulus ostenditur; dominium quoque, & devictio tam quoad elementa, quàm quoad simplicia mixta, pro modo mixtionis, propalatur; & tandem qualiter eorum qualitates dominantur, vel serviant, intendantur vel remittantur, quoad diei naturalis viginti quatuor horas, quæ se-

cundum suæ naturæ exigentiam, & varietatem complexionis, prout à corporibus cœlestibus influuntur, mixtum naturale circumeunt; quod totum manifestatur mediante figurâ T. Artis generalis, quia per ipsam cognoscitur exacta quoad sua principia omnium prædictorum habitudo, in cujus cognitione stat intima penetratio totius nativæ structuræ, & naturalis operationis. Practica verò docetur per decem Quæstiones in quibus ex præostensa naturali elementorum œconomia subtilissimæ difficultates resolvuntur sagacissimi modi practicandi præscribuntur; gradus varii, infirmitatum, ac modi, quibus in eisdem miscentur, & componuntur humores, ostenduntur; medicamina cum infirmitatibus commensurantur; appetitus naturalis & innaturalis panditur; & infirmitatis terminatio præmonstratur.

In sequenti libro *de Levitate, & ponderositate elementorum*, qui pariter dividitur in duas partes, datur notitia in prima videlicet, quanta sit levitas, & ponderositas elementorum; & hoc explicatâ figurâ elementalî; quia ad normam, quâ in mixto distribuuntur gradus formalium qualitatum propriarum & appropriatarum scilicet caliditatis, frigiditatis, humiditatis, & siccitatis coordinantur gradus levitatis, & ponderositatis; ut sic, dum ex simplicibus fiunt medicinæ compositæ, sciat Medicus easdem commensurare quoad levitatem & ponderositatem, & ita proportionentur infirmitatibus; in secunda verò parte per triginta subtilissimas quæstiones variæ res naturales manifestantur, conducentes maximè ad negotium medicale; & plurimæ, quæ ad Medicinam proximè & expressè spectant, dilucidantur & resolvuntur.

In libro autem artificiosissimo *de Regionibus sanitatis & infirmitatis* qui subnectitur, mirabiliter cōnectuntur cœlestia terrenis, ima summis; cum enim quod est inferius; ut optimè prædixit Trismegistus, sit

fit sicut id, quod est superius, appositè explicatur motus, conjunctiones, dominationes, & devictiones elementorum ad instar corporum coelestium; ita quod id, quod literaliter dicitur de elementis, metaphoricè intelligendum est de corporibus coelestibus, & è converso, quod de istis literaliter pronunciat, de illis est pariter metaphoricè intelligendum; & ita liber iste èx tribus, in quas dividitur, distinctionibus, in prima per primam figuram, quæ est de regionibus inferioribus, hoc est elementorum, ostendit qualiter elementa in corpore hominis moventur, sicut coelestes orbes, de oriente ad occidentem, & de occidente ad orientem, & qualiter sub hoc motu peragunt septem circulationes, in quarum domibus, hoc est binarum rerum elementarium conjunctionibus, ostenduntur regiones sanitatis & infirmitatis, quæ doctrina postea applicatur ad dignoscenda principaliora capita, quæ ad Medicinam spectant. In secunda distinctione per secundam figuram, quæ est de regionibus corporum coelestium, suppositis in Signis, & Planetis qualitatibus propriis & appropriatis proportionatè ad elementa, ostenduntur eorum conjunctiones, dominationes, devictiones, & effectus, quos causant in inferioribus, nedum ut attendat Medicus ad proportionatam & debitam coelestem conjunctionem, ut medicamenta propinet, sed etiam ut per illa omnia, quæ quoad corpora coelestia peraguntur, cognoscat quæ quoad elementa in corpore humano efficiuntur, & quoad simplicia mixta, dum ad medendum commiscentur, ut proportionetur medicamen infirmitati, corpori ægro, conjunctioni coelesti, & horæ diei vel noctis, quâ propinanda est medicina. In tertia tandem distinctione per varias quæstiones super prima & secunda distinctione motas, subtilissimæ proponuntur difficultates, quarum solutio non explicatur sed ad primam & secundam distinctionem remittitur, ex quarum do-

Arina debet educi. Necessè est profectò ad clariorem intelligentiam, quòd doctrina hujus libelli conferatur cum Arte compendiosa Medicinæ, in qua fundatur; & peroptimum erit illam quoque conferre cum aliis libris Doct. Illuminati philosophicis & medicis, præsertim cum libro *de Astronomia & de Geometria*.

In ultimo tandem Tractatu, *de Lumine* scilicet, plana & aperta est doctrina, dum generalia Artis principia ad lumen applicantur, quæ applicatio est exemplum & regula generalis, secundum quam ad alia debent applicari.

Unum fortasse causaberis ( Lector candide ) defectum, quod figuræ non propriis & distinctis describantur coloribus, quod utique magni esset emolumenti & ad clariorem intelligentiam valde conducens; at hoc potius Typographorū hujatum inertia, quàm editionem curantis incuria attribuerè debes: non aberit tamen tuæ intelligentiæ hic defectus, si velis debitam studio applicationem insumere; si cupias autem colores elementorum, qualitatum, & literarum ea significantium, algorithmorum quoque exprimentium gradus qualitatum, punctorum etiam ingradationes designantium ex libro *de Principiis & gradibus medicinae* tom. I. magni Op. Lull. desumere poteris, & ex figura elementalì in eodem tomo descripta: ubi Ignis & suæ qualitates, scilicet caliditas & siccitas, colore rubro depingitur; Aër, suaque humiditas, & caliditas, livido; Terra, suaque siccitas, & frigiditas, nigro; & Aqua, suaque frigiditas & humiditas, viridi colore designatur: Hinc B. F. eorumque puncta grossa pariterque minuta & gradus qualitatū per figuras algorithmi descriptos, rubra. A. E. cum suis punctis & gradibus qualitatū, livida. C. G. cum suis punctis, & gradibus qualitatū, nigra. D. H. cum suis punctis & gradibus qualitatum, ut superius dictum est, viridi colore designanda, ipse Beatus Author in his Tractatibus admonet


monet. Hic etiam adverte, quod in libro *de Levitate,*  
*& ponderositate elementorum* puncta magna partes gros-  
 sas, & parva minutas designant, omisso colore vario.

Multa fortasse etiam occurrent, quæ te primo of-  
 fendent aspectu, cum sis enutritus sub aliis ideis & di-  
 versis philosophandi modis, non tamen propterea doc-  
 trinam spernas, sed lectiones reitera, & confer loca  
 locis, & sententias sententiis, quia sic tu ipse difficul-  
 tates omnes superabis; hoc enim sæpissimè admirans  
 animaverti in clarissimi hujus Doctoris voluminibus,  
 quod, si bene attendantur, quæ docet de aliquo punc-  
 to, solutionem offerant ad quamcumque occurribi-

lem difficultatem: quare si meū consilium ac-  
 ceptare velis, consulo, ut nō solūm  
 ter nec quater, sed pluries  
 attentè legas :


Vale,  
 ut amanter peropto, & Lul-  
 lum, ante quam Lul-  
 lum noscas, ne  
 despicias.

\* \* \*









SIT NOMEN  
**DOMINI JESU**  
 BENEDICTUM.

**INCIPIT ARS COMPEN-  
 DIOSA MEDICINÆ.**

*PROLOGVS.*



ARS ista hâc intentione composita est, ut Medicus sub compendiosa speculatione scientiam Medicinæ artificialiter possit acquirere, & in brevi tempore docere; & etiam ut Medicus morbos, & quæ sunt contra naturâ; & etiam proprietates elementorum & medicinarum, in quibus ipsa elementa mixta sunt, possit artificialiter invenire, & materiam morbificam ad sanitatem disponere; & hoc secundum doctrinam, & modum *Artis Demonstrativæ*, ex qua hæc derivata est, & orta: nam per illum modum, per quem conclusio, & veritas in illa artificialiter inquiritur; etiam in ista, Medicus potest morbum, & quæ sunt contra naturam, & causas infirmitatis, & sanitatis inquirere; & hoc substantialiter, & accidentaliter.

A

Scientia

Scientia est de universalibus, ex quibus sciatur fieri descensus ad particularia; & quia particularia causantia morbum, & omnia, quibus indiget Medicus ad inducendum sanitatem, sunt quasi infinita; ideo Ars ista inventa est, ut Medicus artificialiter sciat in principiis universalibus invenire particularia, & de particularibus ad universalia ascendere, & universalia de particularibus constituere, super quibus doctrinam in hac Arte damus in modo, per quem tractabimus ipsam.

Ars ista dividitur in duas partes. Prima est de figuris; Secunda de quæstionibus. Figuræ in hac Arte ad hoc positæ sunt, ut Medicus in ipsis terminos universales speculetur, & in ipsis terminis particularia, tali modo inquiret, quod universalia non destruantur; & ut Medicus Medicinam scriptam sciat intelligere, & ad memoriam reducere, & doctrinam, quam habuerit de ipsa, speculari; in quibus figuris, & in modo per quem traditæ sunt, consistit theórica Medicinæ.

Quæstiones autem sunt ideo positæ, ut in ipsis Medicus exemplū, & figuram habeat practicandi, ita quod secundum modum, & doctrinam datam in decem sequentibus quæstionibus, ita intelligat de quibuscumque aliis quæstionibus Medicinæ, quæ, earum conditionibus reductis ad figuras & ad modum, per quem prædictæ decem quæstiones terminantur, sunt solubiles per hanc Artem.

\* \* \* \*

\* \* \*

**PARS**


# PARS PRIMA

## DE FIGURIS.

**F**igura Medicinæ, sunt sex. *Prima*, Circularis. *Secunda*, Triangularis. *Tertia*, Quadrangularis. *Quarta*, De quadrangulis. *Quinta*, De gradibus. *Sexta*, De horis.

*De 1.<sup>a</sup> Figura*

*Circulari*




1. **P**rima Figura est divisa in octo terminos qui sunt A.B.C.D.E.F.G.H. Per A. intelligimus Aërem; per B. Ignem; per C. Terram; per D. Aquam; per E. Humidum, & calidum; per F. Calidum & siccum; per G. Siccum, & frigidum; per H. Frigidum, & humidum. Dividitur autem ista Figura in octo quadratos. *Primus* est de AB. *Secundus* de BC. *Tertius* de CD. *Quartus* de DA. *Quintus* de EF. *Sextus* de FG. *Septimus* de GH. *Octavus* de HE.


2. Est etiam divisus circulus in octo regiones. *Prima* est de AE. *Secunda* de EB. *Tertia* de BF. *Quarta* de FC. *Quinta* de CG. *Sexta* de GD. *Septima* de DH. *Octava* de HA. Significamus etiam per A. Orientem; per B. Meridiem; per C. Occidentem; per D. Septentrionem: & ratio hujus est, quia Sol oritur in Oriente, & habet in caliditate majorem virtutem in meridie; & quia AC. sunt in opposito; & quia in D. influit Sol minus de caliditate.

3. Hæc Figura hæc intentione posita est in hac Arte, ut Medicus in ipsa speculetur, & inquiret omnia, quæ de ipsa diximus; & ut ad ipsam alias figuras reducat; & videat modum, per quem motus naturæ est circularis successivè, quia secundùm illum se habet in mixto per alias figuras ex ipsa productas.

## DE SECUNDA FIGURA.

1. **S**ecunda figura est triangularis, & est significata per T., & composita est de tribus triangulis, scilicet, *viridi*, *rubeo*, & *croceo*. *Viridis* compositus de differentia, concordantia, & contrarietate inter sensuale & sensuale, inter sensuale & intellectuale, & inter intellectuale & intellectuale; qui triangulus hæc intentione positus est in hac Arte, ut Medicus, hoc triangulo posito supra alias figuras, inquiret







quirat ea, quæ pertinet ad rationem differentia, concordantia, & contrarietatis sensualis tantum, intellectualis tantum, & utriusque; & hoc miscendo dictum triangulum cum dictis figuris per totum triangulum rubeum, & croceum; & postmodum videat quid, ex positione, & mixtione dicti trianguli, sibi significatur de hoc, quod inquirit.

2. Triangulus *rubeus* compositus est ex principio, medio, & fine; supra principium continetur causa, quantitas, & tempus: per quantitatem, & tempus denotatur accidentia rerum; & per causam denotantur efficiens, formalis, materialis, & finalis. Supra medium continetur, conjunctio, mensuratio, & extremitas: Per conjunctionem intelligimus illud mediū per quod principium, & finis se conjungunt. Per mensurationem, & extremitatem denotatur, quod Medicus debet mensurare res medicinales subjectas, & materiales quantitativè per omnes extremitates suas. Supra finem continetur, terminatio, privatio, & perfectio, per quæ significatur, quod Medicus debet inquirere res medicinales, & proprietates earum, quo ad rationem finis terminationis, privationis, & perfectionis; & quo ad ea, quæ in eis privata sunt, & ad quæ privatio se habet, ut de eis sciat judicare, & agere in subiecto.

3. In triangulo *croceo* est Majoritas, Æqualitas, Minoritas; & hæc substantialis, accidentalis, & utraque; & significatur, quod per ipsum in figuris hujus Artis debet inquiri majoritas, æqualitas, & minoritas inter substantiam, & substantiam; inter substantiam, & accidēs; & inter accidens & accidens; & hoc per totum triangulum viridem, & rubeum: Et etiam quod inquiratur majoritas, per æqualitatem & minoritatem, & è converso, ut Medicus consequi possit in majoritate universalis, majoritatem particularem, & sic de aliis.

4. Et notandū, quod Medicus multum indiget speculari



culari istum triangulum per omnes alios triangulos, & figuras, in augendo materiam sanitatis, & diminuendo morbum, & coequando partes medicinales.

5. Præsens figura hæc intentione posita est in hac Arte, ut Medicus discurrendo per alias figuras, quandoque cum uno, quandoque cum alio triangulo, & quandoque cum omnibus mixtis ad invicem, inquiret in aliis figuris; nam ista figura est instrumentum investigationis, existentibus aliis figuris subiectum, quo mediante, in ista inquiretur particulare in universale; & voco, *universale*, mixtionem triangulorum; & *particulare*, talem differentiam, sub differentia absoluta, & talem concordantiam, sub concordantia absoluta, & sic de aliis: quod particulare invenitur, quando fit mixtio de triangulis in aliis figuris: sicut ad differentiam, quæ est inter AB., & sic de aliis, applicare alios terminos figuræ T. & ut illa mixtio ad tale speciale reducatur, tali modo, quod universale salvetur, & quod particulare non destruat, ita quod si in solutione, per affirmativam destruat, ita quod si in solutione, per negativam destruat, quod teneatur negativa, & è converso. Et sciendum, quod præsens figura in hac scientia, & in quibuscumq; aliis, est multum necessaria, & etiam opportuna.

\*\*\*\*\*  
\* \* \*

\* \* \*  
\* \* \*

\* \* \*  
\* \* \*

\* \* \*  
\* \* \*

DE TERTIA FIGURA QVA-  
drangulari.

1	A	B	C	D
2	E	F	G	H
3	A	E	B	F
4	E	B	F	C
5	B	F	C	G
6	F	C	G	D
7	C	G	D	H
8	G	D	H	A
9	D	H	A	E
10	H	A	E	B

1. **T**ertia figura est quadrangularis, & est composita de decem cameris, seu quadrangulis extractis de circulari figura. *Prima* camera est de A. B. C. D. *Secunda* de E. F. G. H. *Tertia* de A. E. B. F. *Quarta* de E. B. F. C. *Quinta* de B. F. C. G. *Sexta* de F. C. G. D. *Septima* de C. G. D. H. *Octava* de G. D. H. A. *Nona* de D. H. A. E. *Decima* de H. A. E. B. ut in Tabula patet. Octo camere derivatae, & multiplicatae sunt de duabus primis, ut patet.

2. In camera de A. B. C. D. ponitur triangulus viridis isto modo: Differentia est inter A. B. C. D. existente A. humido; B. calido; C. sicco; D. frigido: Concordantia autem est inter A. & B. quo ad rationem caliditatis, cum A. sit calidum: etiam B. Concordantiam ha-  
bet

bet cum A.; ipso A. humefaciente aquam, quia B. per A. transit ad mortificandum aquam recipientem humiditatem calefactam. Etiam Contrarietas est inter A. & B.; quia B. quo ad rationem siccitatis est cōtra A.; & A. contrariatur B. quo ad rationem concordantiæ, quam habet cum D.; & quemadmodum posuimus triangulū viridem inter A. & B.; ita poni potest inter B. & C., & sic de aliis cameris. Etiam differentia est in camera A. B. C. D.; quia A. B. C. sunt unus triangulus, & B. C. D. sunt alius; & sic in camera illa sunt duo trianguli; & sic de aliis cameris, existentibus in qualibet camera quadrangulari duobus triangulis.

3. In camera A. B. C. D. ponitur triangulus rubeus isto modo: B. est principium de A. quo ad rationem caliditatis; cum A. sit calidum per accidens, & B. per se; C. autem est principium de B. quo ad rationem siccitatis, existente B. sicco ratione C.; D. autem est principium frigiditatis de C., existente C. frigido per accidens; humiditas autem A. est principium humiditatis de D., existente D. humido per accidens. Finis autem caliditatis de A. est caliditas de B., & finis siccitatis de B. est siccitas de C., & finis frigiditatis de C. est frigiditas de D., & sic de humiditate de D. cujus finis est humiditas de A.; Medium autem eorum sunt E. F. G. H. per quæ media se coniungunt in mixto.

4. In camera de A. B. C. D. ponitur triangulus croceus, quia B. est majus A., cum A. calidum sit, propter B.; est autem C. majus B., quia B. siccitatem habet à C., & sic de majoritate D. & A., quia D. est majus quàm C., quoniam C. frigidum est per D., & A. est majus quàm D., quoniam D. est humidum per A.: quæ majoritates, & minoritates accidentales sunt quo ad ipsas qualitates, scilicet, E. F. G. H.; substantiales autem quo ad subjecta ipsarum qualitatū, scilicet quo ad elementa existentia in mixto. Aequalitas autem eorum est in hoc, quod  
quan-

quantò B. majus est A., tantò A. majus est D.; & quantò D. majus est C., tantò C. majus est B.; & hoc substantialiter quo ad cameram A. B. C. D.; & accidentaliter quo ad cameram E. F. G. H.

5. In modo, secundū quē posuimus T. in camera de A. B. C. D., potest accipi doctrina, per quem modum ipsum T. poni possit in aliis cameris hujus figuræ: T. autem in hac camera de A. B. C. D. hâc intentione posuimus, ut Medicus sciat cognoscere quòmodo elementa existunt in elementato, & etiam in horis, in differendo, concordando, & contrariando: & sic de triangulo rubeo, & croceo; & per talem cognitionem sciat conficere, & commiscere suam decoctionem, & curare cum contrario, aut cum cōcordanti: unde hoc scire est multum necessarium in Arte Medicinæ.

DE QUARTA FIGVRA TRIANGVLARI.

1	A B C	9	A E B
2	B C D	10	E B F
3	C D A	11	B F C
4	D A B	12	F C G
5	E F G	13	C G D
6	F G H	14	G D H
7	G H E	15	D H A
8	H E F	16	H A E

1. **Q**uarta figura est de triangulis extractis de quadrangulari figura; & ista figura est divisa in duas partes, ut in se patet, & continet decem & sex cameras. Hac autem figura hac intentione posita est in hac Arte, ut Medicus sciat speculari quomodo elementa, & qualitates eorum se habent in mixto, & horis; & quomodo situata sunt triangulariter, ut mediantibus triangulis T. sciat hanc doctrinam multiplicare in augmentando & diminuen- do, conquando vel concordando, ut materiam disponat ad sanitatem.

2. *Prima* camera hujus figuræ est de A. B. C. *Secunda* de B. C. D. & sic de aliis.

3. In camera de A. B. C. ponitur triangulus viridis isto modo: Differentia est inter A. B. C.; concordantiam autem, & contrarietatem habent, ut jam dictum est in alia figura; & idem est de triangulo rubeo, & croceo: & ideo secundum modum, quem intrat T. in aliam figuram, potest intrare in istam.

4. Inter cameram de A. B. C. & cameram de B. C. D. ponitur differentia isto modo; nam ipsæ cameræ differunt ratione A. D., quia in prima non est D. & in secunda non est A.; concordant autem quo ad B. C., & contrariantur cum A. D., existente A. contra C.; & D. contra B. ipsius A. D. concordantibus & contrariantibus, ut jam dictum est.

5. In camera de A. B. C. & in camera de B. C. D. ponitur triangulus rubeus isto modo: B. majus est in prima camera, quàm in secunda, ratione D., quod est in secunda, & ratione C., quod est in prima; & ideo in prima camera B. est principium B., quod est in secunda; & per consequens B. quod est in prima, est finis B. quod est in secunda; Medium autem sunt A. C. D.: & quod dictum est de BB. potest dici suo modo de CC.: unde, sicut pos-

tus est triangulus rubeus in duabus cameris quo ad rationem BB., potest poni suo modo in tertia camera, & in quarta, & sic de aliis.

6. In camera de A. B. C. & de B. C. D. potest poni triangulus eroceus hoc modo: in prima camera majus est B., quàm in secunda, ut dictum est; & in secunda majus est C., quàm in prima, & hoc idem sequitur proportionate de A.: Æqualitas autem camerarum consistit in hoc, quòd A. tantum contradicit C. in prima, quantum B. contradicit D. in secunda.

7. In camera de E. F. G. intrat triangulus viridis isto modo: inter E. F. G. est differentia, existente E. humido & calido, F. calido & sicco, & G. sicco & frigido. Concordant autem E. F. quo ad rationem caliditatis, & contrariantur quo ad rationem humiditatis & siccitatis; & sic de F. G. suo modo.

8. In prædicta camera est F. principium & finis ipsius E. quo ad rationem caliditatis; & G. ipsius F. quo ad rationem siccitatis; humiditas autem E. & frigiditas G. sunt medium, per quod principium scilicet F. tendit ad finem, & finis causa est principii.

9. F. majus est quo ad E. ratione caliditatis, quàm quo ad G. ratione siccitatis; & sic est F. majus in E. quàm in G., & per consequens E. majus est ratione F., quàm sit G.; & sic F. majus est, quàm sit E. & quàm sit G.: æqualitas autem est in hoc, quòd G. ita majus est in F. ratione siccitatis sicut F. in E. ratione caliditatis, sed minor est vis ipsius G. quo ad frigiditatem in F., quàm ipsius E. quo ad humiditatem. Secundùm autem, quòd in præmissa camera T. positum est, potest poni in camera de F. G. H. &c.

10. In camera de A. E. B. differunt, & concordant A. B. in E. quo ad humiditatem & caliditatem; & con-

trari-

trariantur quo ad humiditatem & siccitatem, influente B. in A. caliditatem mixtam cum siccitate.

11. In camera ipsa A E B., B. est principium ipsius E. quo ad caliditatem, & A. quo ad humiditatem, & sic A. attrahit ad se B. mediante E., & B. attrahit ad se A. mediante E.; sed quia E. est majus ratione A. quam ratione B., est A. finis B. in E. sub ratione humiditatis, sed quo ad rationem caliditatis est in opposito.

12. A. majus est B. in E. quo ad rationem humiditatis, sed in opposito est ratione caliditatis: Æqualitatem habent A B. in E. non simpliciter, sed proportionatè secundum justitiam, cum A. sit calidum propter B., & non è conversò.

13. Secundum modum autem, per quem T. positum est in camera prædicta, potest poni in cæteris cameris suo modo. Et ista scire est Medico multum utile in speculando, & practicando, propter quam utilitatem nos doctrinam dedimus, ut dictum est.

## DE QUINTA FIGURA DEVICTIONIS, & graduum.

1. **H**AC intentione ista figura posita est in hac Arte, ut per ipsam inquiratur modus, secundum quem elementa assituata sunt, & gradata, secundum complexionones, quas habet ipsum mixtum, & substantiam complexionum, scilicet elementa, & ut Medicus habeat scientiam, per quam sciat gradare decoctionem, syrupum, & alia hujusmodi, quæ pertinent ad disponendum materiam sanitati. Unde, posito T. in prædicta figura, traditur doctrina hujus figuræ, ut nos exemplificabimus.

2. Dividitur autem ista figura in novem cameras. *Prima* est de AB.; *Secunda* est de AC., & sic de  
ailis,

DECLARACION DE AUTENTICIDAD

Yo, el Sr. [Nombre], de nacionalidad [País], con DNI [Número], declaro que el presente documento es una copia fiel y auténtica del original que se encuentra en mi poder, y que el contenido de este documento es veraz y cierto. Asimismo, declaro que el original del presente documento se encuentra en mi poder y que no he sido obligado a su confección por parte de terceros. Esta declaración es válida y tiene efectos legales desde el momento de su firma.

Firmado en [Lugar] a los [Días] de [Mes] de [Año].



A		B		B		C		A		B	
4	2	3	4	4	2	3	4	4	I	3	3
3		I	3	3		I	3	3		I	2
2	I		2	2	I		2	2	...		I
I			I	I			I	I			...
A		C		B		D		A		B	
4	I	I	4	4	I	I	4	4	...		2
3	2	2	3	3	2	2	3	3	2	I	I
2			2	2			2	2	..		...
I			I	I			I	I			..
A		D		C		D		A		B	
4	3	2	4	4	2	3	4	4	..		I
3	I		3	3		I	3	3	I		...
2		I	2	2	I		2	2	.		..
I			I	I			I	I	...		.

A		B		B		C	
4	2	3	4	4	2	3	4
3		I	3	3		I	3
2	I		2	2	I		2
I			I	I			I
A		C		B		D	
4	I	I	4	4	I	I	4
3	2	2	3	3	2	2	3
2			2	2			2
I			I	I			I
A		D		C		D	
4	3	2	4	4	2	3	4
3	I		3	3		I	3
2		I	2	2	I		2
I			I	I			I

aliis, ut in ipsa figura patet. In prima camera A. significat unam plantam, in qua est E. in quarto gradu humiditatis, & F. in tertio caliditatis, & H. in secundo frigiditatis, & G. in primo siccitatis; & hoc est, quia EG. se habent per oppositum, ut in circulari figura apparet. In eadem camera B. significat unam plantam, in qua est F. in quarto gradu caliditatis, & G. in tertio siccitatis, & E. in secundo humiditatis, & H. in primo frigiditatis.

3. Quartus gradus dividitur in quatuor partes grossas, & quælibet grossa in quatuor minutas; & eadem divisio est de tertio, & sic de secundo & primo gradu. Unde in camera de AB. ponere volumus T. addendum doctrinam, quomodo unus gradus attrahit ad se alium, & in suam naturam convertit, & de ipso vivit, factâ mixtione de duabus plantis supradictis in decoctione &c.

4. Sed notandum est, quòd figuræ algorithmi existentes duplicatæ in linea descendente à litteris, nō multiplicant numerum secundum naturam dictarum figurarum, sed significant quomodo major gradus attrahit ad se minorem; ita quòd 4. de A. in camera de AB. cum 2. sibi additis in latere non valent nisi 6. & sic de aliis.

5. In plantis mixtis in decoctione, inter quartum gradum de A. & quartum de B. est differentia sub ratione differentiæ, quæ est inter E. & F., & est concordantia quo ad rationem E., & contrarietas in F. quia siccum, & in G. quia opponitur E., & in H. quia opponitur F.

6. Quartus gradus de A. est principium secundi de B. quo ad rationem humiditatis; unde in eo, quòd secundus, qui est de B., est cancellatus (a) cum linea rubea, significatur, quòd quartus de A. est finis, ad

(a) *omittitur linea rubea ob defectum colorum.*

ad quem tendit secundus de B. in decoctione, quia maior attrahit ad se minorem, & minor appetit suum majorem, quando est de sua specie. Medium autem, per quod secundus de B. transit ad quartum de A., sunt FG. quo ad rationem siccitatis concordantia contra humidum, & EH. concordantia contra siccum.

7. A. majus est, quàm B. in secundo & primo gradu ipsius B., & propter hoc A. attrahit sibi secundum & primū gradū ipsius B.; & B. est majus, quā A. in tertio & primo gradu ipsius A., & sic attrahit sibi tertium & primū gradū ipsius A., ita quod quartus de B. attrahit sibi tertium de A., & tertius de B. attrahit sibi primū de A., ut in Tabula apparet; & sic B. vincit A. in majoritate duorum punctorum, habente B. undecim (a) puncta, & A. novem, ut in figuris algorithmi apparet. Æqualitas eorum est in proportionata justitia, ita quod in decoctione facta B. vivit de A., existente B. formâ, & A. materiâ; & sicut T. positum est in prima camera, ita poni potest suo modo in secunda, & tertia, & sic de aliis, ut patet in Tabula. Veruntamen iterum ponimus T. in septima camera de A B.

8. In septima camera A. significat unam plantam in quarto gradu humidam, in tertio gradu calidam, in secundo frigidam, & in primo siccam; B. verò in ipsa camera significat unam plantam in tertio gradu calidam, in secundo siccam, in primo humidam, & in frigiditate degradatam, habentem in D. tria puncta; & sic ostensum est, quomodo A B. differunt in decoctione duarum prædictarum plantarum; ipsis AB. habentibus concordantiam quo ad E. & contrarietatem quo ad F. G. H. pro ut in præmissis se opponunt.

9. In eadem camera A. est principium B., cum sit in quarto gradu humiditatis & B. in primo, attra-

(a) computantur hic tantum puncta quoad qualitatem dominantem, & aliam, quæ est ipsi immediate subjecta.

hente quarto sibi primum, & similiter secundo de A. attrahente sibi tria puncta de B.: & sic A. est finis primi gradus & trium punctorum de B., mediante quarto & secundo de A.; veruntamen B. quo ad tertium gradum sibi essentialem est principium de A., quo ad tertium ipsi A. accidentalem; essentiali sibi attrahente accidentalem. Etiam B. quo ad suum gradum secundum attrahit sibi primum de A., & sic B. habet novem gradus, & A. octo, & sic B. absolute est principium, & finis ipsius A. in illa decoctione, & tanquam forma vivit de A, & de ejus partibus mediante F. contra H.

10. In eadem decoctione A. quo ad rationem E. simpliciter majus est quam B.; & B quo ad rationem E. majus quam A., ut jam dictum est: & sic majoritas A. & minoritas B. sunt in contrarietate sub diversis rationibus duarum majoritatum: Æqualitas autem eorum consistit in proportionata contrarietate, & concordantia, quo ad principium, medium & finem, ad quæ se habent A. & B. in decoctione.

11. In octava camera, quæ est de A B., significatur per A. una planta humida in quarto gradu, calida in tertio, frigida in secundo, & sicca in primo; & per B. una planta calida in secundo, sicca in primo, humida in tribus punctis, & frigida in duobus, ut in camera apparet: unde, factâ mixtione de prædictis plantis in decoctione, patet quomodo triangulus viridis intrat in ipsis: nam differunt quo ad gradus, existentibus pluribus gradibus quo ad A., quam quo ad B.: Concordantiam habent A B. in E., sed B. contradicit A. quo ad rationem C., & A. contradicit B. quo ad rationem H.

12. In eadem camera quartus gradus de A. est principium trium punctorum de B., & per consequens finis; & tertius gradus de A. est principium & finis secundi de B.; nam tertius de A., licet sibi sit acciden-

talis, propter majoritatem quam habet, & proportionem quam humidum & calidum habent in E., mediantibus E. H. contra E. G. tertius inquam de A. attrahit sibi secundum de B.; & secundus etiam ipsius A. est principium & finis duorum punctorum frigiditatis de B.; sed B. quo ad siccitatem est principium & finis siccitatis de A., hoc est siccitatis quæ est in linea A., cum qua siccitate B. accidentaliter resistit A. in decoctione.

13. Secundum quod in prædicta camera triangulus viridis & rubeus positi sunt, manifestatur quomodo triangulus croceus in eadem camera asituatus est; ita quod A. majus est quam B. per unum modum, & B. majus est quam A. per alium, ut jam significatum est. In illa autem decoctione inter ipsa impossibilis est recta æqualitas; ibi tamen est æqualitas proportionata debito modo secundum justitiam.

14. In præmissis declaratum est quomodo T. poni potest in octava camera, & in pluribus aliis, quæ fieri sunt possibiles de gradibus, secundum quod A. potest esse in una planta à prædominio existens in quarto gradu humidum, & in alia in tertio, & in alia in secundo, & in alia in primo, & sic A. potest esse à prædominio in quatuor diversitatibus gradationum humiditatis; & hoc idem sequitur de B. C. D. secundum eorum complexiones, & sic sunt sexdecim diversitates gradationum in plantis, vel corporibus sensatis, secundum quod quodlibet elementum stare potest sub quatuor diversitatibus in gradationum; unde in omnibus præmissis in gradationibus T. poni potest secundum modum, quem dedimus.

15. In nona camera de A. B. significatur per A. una planta humida in quarto gradu, & sic de aliis, ut supra dictum est. Per B. significatur alia planta calida in primo gradu, sicca in tribus punctis unius gradus; humida in dimidio gradu, & frigida in una parte unius gradus.

gradus. In decoctione istarum plantarum primus gradus de B. reducitur ad tertium de A.; & dimidius de B. ad quartum de A., & una pars unius gradus frigiditatis de B. ad secundum gradum de A., & ad primum de A. tres partes unius gradus de B., secundum quod patet in figura.

16. Ratio, quare A. iudicatur in primo gradu siccitatis, quando est in quarto humiditatis, est magna contrarietas, quæ est inter ipsa; & ratio, quare iudicatur calidum in tertio, & frigidum in secundo, est quia A. in se iudicatur humidum & calidum, & sic majorem concordantiam habet cum caliditate, quam cum frigiditate; & hoc idem potest dici de B. C. D. suo modo.

17. Secundum quod dictum est de AB, potest intelligi de AC, sed facta decoctione de AC, existente A. in quarto humiditatis gradu, & C. in quarto siccitatis, efficitur hoc modo æqualitas: In decoctione illa AC. sibi adinvicem contrariantur æqualiter quo ad suum quartum gradum ratione contrarietatis EG., & quartus de A. attrahit sibi primum de C., & quartus de C. attrahit sibi primum de A., & sic sunt æquales, & sunt in majoritate, & minoritate mutuè, quia tertius de A. major est quam secundus de C., & tertius de C. major est quam secundus de A., & hoc quia in illa decoctione secundus de A. per accidens reductus est ad tertium de C. & è converso, ut jam dictum est; & sic declaratur per quem modum AC. agunt ad invicem, & sunt unum ad aliud principium, medium, & finis, licet sint in decoctione in æqualitate quantitatis, & virtutis & in F.: hoc idem sequitur de B. D. quod dictum est de A.C., & de CD. quod dictum est de A. B., & illud idem est de B. C.

18. Positâ in decoctione unâ plantâ, in qua sit A. in quarto gradu humiditatis; & aliâ, in qua sit B. in quarto gradu caliditatis; & unâ alia, in qua sit C.

C

in




in quarto gradu siccitatis; in illa decoctione C. est à prædominio, & ratio hujus est, quia B. vincit A. attrahendo sibi tres gradus caliditatis existentes in A; & C. vincit B. attrahendo tres gradus siccitatis existentes in B.; & sic mediante hoc quòd C. vincit B., ut dictum est, per consequens C. vincit A., cum plures gradus habeat de siccitate quàm A. de humiditate, & sic illa decoctio tendit ad G. contra E., ita quod G. est finis & est principium ipsi E.; & licet C. in illa decoctione non habeat nisi octo gradus siccitatis, & B. novem habeat caliditatis, tamen quia tres gradus frigiditatis existentes sub C. attrahunt sibi gradum secundum de A. & primum de B.; ideo C. per accidens, mediantibus illis sex gradibus frigiditatis existentibus sub sua complexione, vincit B., & sic remanet C. à prædominio in illa complexione: Hoc idem sequitur suo modo in decoctione facta de ADC., quia A. vincit D. ratione humiditatis, & D. vincit C. ratione frigiditatis, & sic A. vincit C. mediante D.

19. Si efficitur decoctio de quatuor plantis, existente unâ humidâ in quarto gradu, & aliâ calidâ in eodem, & aliâ siccâ in eodem, atque alia frigidâ in eodem, in tali decoctione efficitur coæquatio, & temperamentum, vicissim B. vincente A., & C. vincente B., & D. vincente C., & A. vincente D., & sic est devictio circularis; sed majoritas, principium, mediũ, & triangulus viridis stant in medio in decoctione dictarum plantarum, attrahente unâ complexione aliam, ut in Tabula significatum est; Et sic talis decoctio quo ad C. confusa est, & sine fine absolutè; veruntamen particularis finis est in ipsa, quâlibet complexione pugnante contra suum contrarium: Etiam est in ipsa finis absolutè per comparisonem ad corpus recipiens ipsam, secundum quod ipsum corpus plus se habet ad unam complexionem quàm ad aliam,  
&




& etiam per comparationem ad media, per quæ decoctio transit in sua confectione, scilicet ad aquam, & ad faccarum, ad ignem in carbonibus, ad horas dici, & sic de aliis accidentibus, & hoc scire est pulchra speculatio, & utilis ad practicandum, & ad cognoscendum, in qua complexione est magis subjectum.

20. Præterea secundum quod de æquatione quarti gradus dictum est, intelligendum est de coæquatione tertii cum tertio, & sic de secundo & primo; scilicet secundum cum secundo, & primum cum primo. Per illa quæ in discurrendo T. dicta sunt de gradibus, sciri potest quomodo unus gradus est in alio intensivè, scilicet quo ad majoritatem finis, & principii; & extensivè quo ad æqualitatem in extensibilitate, & sic de differentia, concordantia & contrarietate; & etiam quomodo unum prædicamentum, ut substantia, quantitas, & sic de aliis, est in alio, sicut in E. F. G. H. & illud idem in substantiis eorum; & quomodo quartus gradus est in tertio, secundo & primo, & è converso, & hoc scire possunt Philosophi discurrentes in figuris secundum doctrinam de hoc datam; quod per artem sciri facile est, sinè arte autem multum difficile.



## DE SEXTA FIGURA HORARVM.



1. **H**Æc figura dividitur in duas partes, scilicet in diem, & noctem, quâlibet parte continente duodecim horas: & triangulus de ABC. facit diem, & triangulus de C D A. facit noctem; triangulus autem de F C G. & de H A E. sunt media inter diem & noctem. Sunt etiam sex menses in triangulo de ABC. scilicet Aprilis &c. usque ad Septembrem inclusivè; & alii sex in triangulo de C D A., scilicet October usque ad

ad Martium inclusivè. Ver autem est in triangulo de H A E. Æstas in triangulo de E B F. Autumnus in triangulo de F C G. Hyems in triangulo de G D H.

2. Horæ diei naturalis successivè circumveniunt figuram circulem ratione motûs cœli, & transeunt per cameras circuli, circularitèr, quadrangularitèr, & triangularitèr, & quælibet hora est prædominans quantû ad suam regionē. Habet etiam quælibet hora suam virtutē in quolibet quadrangulo circuli, ita ut in quadrato, in quo est, habeat sex puncta intensivè, & decem & octo in aliis extensivè, ut in totum sint viginti quatuor, sicut horæ diei naturalis sūt viginti quatuor ratione motûs cœli, & proprietates circuli & tabulæ ejus, recipientibus cameris ejus influentiam ab horis & existentibus partibus horarum unâ in alia successivè, ut una hora sit in alia, & una littera circuli sit in alia.

3. In qualibet hora sunt litteræ, quadrangularitèr, & triangularitèr: quadrangularitèr, quia quatuor sunt litteræ denotantes in qua camera sit hora; triangularitèr, quia quilibet quadrangulus continet in se duos triangulos, ut dictum est; ita quòd in camera quadrangulari quælibet hora in uno triangulo habeat tria puncta, in alio verò, alia tria.

4. Hæc figura in hac Arte, hæc intentione posita est, ut Medicus sciat cognoscere quomodo horæ se habeant in EFGH. & è converso, & per hoc sciat quâ horâ debet dare suam medicinam, scilicet syrupum, & hujusmodi; & in qua hora incipit paroxismus, & in qua debet terminari: & etiam, ut per hoc sciat prognosticare, & hujusmodi; discurrendo cum T. per istam figuram, & per alias. Artista debet sextam figuram discurrere cum T. per quintam figuram, inquirendo quomodo quartus gradus magis fortificatur in sua hora, quam in alia, sicut quartus gradus de A., qui magis fortificatur in tertia hora, quàm in  
prima

prima, secunda, quarta &c. & sic etiam A. quod magis remittitur in decima quinta hora, quam in alia, cū magis opposita sit tertiæ horæ, quàm alia, ut in circulo apparet.

5. Horarum autem una est major aliâ, secundùm quod sol plus moratur in una regione quàm in alia, & ratio hujus est, quia secundùm quod sol in regione, in qua est, plus elongatur à centro circuli octavæ spheræ & plus appropinquatur ipsi circulo, tantò majus spatium habet in illa regione; & sic quantò sol altior est, secundùm comparationem ad aliquam regionem, tantò plus moratur in illa regione; sicut in regione BF., in qua altior est in Ætate quàm in Hyeme, secundùm regionem, in qua nos sumus.

6. Prima hora diei est, quando sol oritur, & hæc hora est de A., & est in quadrangulo de DHAE., hæc ratione videlicet; quia in D. fuit in potentia quoad materiam, & in H. in habitu quo ad formam, & existit in actu in regione de AE. Ista hora est extensivè in quadrangulo ante dicto, & fuit priùs in primo triangulo, scilicet de D H A. quàm in secundo de HAE., in quo secundo triangulo est intensivè quo ad AE., & extensivè quo ad H.; & istam ordinationem extensitatis, & intensitatis secundùm quadrangulos, & triangulos, & etiam transmutationes de uno triangulo in alium, & per consequens potentias habitûs, & actûs, habent omnes aliæ horæ.

7. Secunda hora est in regione de AE. & est in quadrangulo de HAEB., & ratio quare est in isto quadrangulo, est, quia dimittit D., quod est de prima hora, & transit ad B.: Ista hora divisa est in quatuor partes: prima pars est de H., secunda de A., tertia de E., quarta de B.: Hæc hora habet in qualibet parte sex puncta, ut qualibet hora habeat viginti quatuor puncta, ex quibus constituta est, & quod dictum est de ista,  
idem

idem est de aliis suo modo : Unde per istas quatuor partes quadrangulus dividitur in duos triangulos; ita quòd prima pars horæ est in primo triangulo & secunda in secundo; & istam eandem regulam habent successivè omnes horæ.

8. Tertia hora est in regione de AE., & est in quadrangulo de AEBF; hâc autem rationem est in isto quadrangulo, videlicet, ut A. cum H. transeundo ad E. ipsum F. mortificet, cum tertia hora sit humida, & calida. Ista hora magis est intensa quo ad B. quàm fuit prima, vel secunda; hoc idem fuit in secunda respectu primæ; & hoc idem est in aliis horis, secundùm earum qualitates, quia hæ tres horæ judicantur in E.; ideo A. habet eas in die, & non in nocte, ratione caliditatis influxæ à sole.

9. Quarta hora est de B., & est in regione EB. & est in quadrangulo de HAEB.; & ratio, quare est in isto quadrangulo, est hæc, ut F. ratione siccitatis mortificet A. in H., cum quarta hora sit calida, & sicca; & etiam est hâc ratione in hoc quadrangulo, quia A. magis appropinquatur ad D. fugiendo siccitatem de F., in isto quadrangulo, quàm in primo, secundo, & tertio, & hoc quia EBD. opponuntur; & ista hora est calida & sicca intensivè ratione B., licèt humida sit & calida extensivè ratione regionis EB., & ista regula communis est omnibus aliis horis, secundùm regiones, in quibus sunt.

10. Quinta hora est in regione EB; & in quadrangulo de AEBF. & ratio, quare est in hoc quadrangulo, est, quia ista hora magis appropinquatur ad F. quàm quarta; & hæc regula generalis est ad omnes alias horas, secundùm regiones, in quibus sunt.

11. Sexta hora est in Regione EB. & est in quadrangulo de EBF C., & ratio, quare est in isto quadrangulo, est, quia B. fortius est in E. in meridie, quàm  
in

in quacumque alia hora dici, & regula ista generalis est omnibus horis suo modo.

12. Septima hora est in regione BF., & est de AEBF. & hac ratione est in hoc quadrangulo, quia in hac hora B. non est ita propinquum ad G., sicut in quadrangulo de EBFC. In ista hora B. est fortius quam in quibuscumque aliis; & hoc est, quia iudicatur quo ad F., in quo plus concordat cum C., quam in E. cum A. in quacumque hora. Etiam ista regula est generalis ad A. C. D., secundum regiones, in quibus sunt.

13. Octava hora est de regione BF., & est in quadrangulo de E. B. F. C.; & hoc, quia in ista camera, B est magis intensum in F. quo ad C., quam in septima. Etiam hac regula est generalis ad omnes alias horas suo modo.

14. Nona hora est in regione B. F., & est in quadrangulo de B F C G.; & ratio hujus est, quia B. non contradicit tantum H. cum F. in isto quadrangulo, sicut in quadrangulo de E B F C.

15. Decima hora est de C., & est in regione de F C., & in quadrangulo de E B F C.; & est in dicto quadrangulo hac ratione, videlicet, quia in successione horarum dici B. est antequam C. & ista regula generalis est ad alias horas.

16. Undecima hora est in regione de F C., & est in quadrangulo de B F C G.; & ratio hujus est quia ista hora plus est intensa in triangulo de B F C., quam in octava hora; & ista regula generalis est ad alias horas, secundum quod per circulum sunt discursæ.

17. Duodecima hora est in regione F C., & est in quadrangulo de F C G D.; & ratio hujus est, quia propinquior est triangulo de G D H., quam undecima hora; & in ista hora est occasus solis in triangulo de F C G. & maximè in C., & ista hora est opposita triangulo de H A E., in quo deficit nox, & maximè in A.

De-

18. Decima tertia hora est de C., & est in regione de C G., & est in quadrangulo de B F C G; & hujus ratio est, quia incipit nox, & maximè in recessu F., & est ista hora opposita triangulo de A E B; in quo incipit dies, & maximè in A.

19. Decima quarta hora est in regione de C G., & est in quadrangulo de F C G D.; & ratio hujus est, quia quadrangulus iste opponitur quadrangulo de H A E B.

20. Decima quinta hora est in regione de C G., & est in quadrangulo de C G D H; & ratio, quare est in isto quadrangulo, est, quia opponitur quadrangulo de A E B F., ut in circulo apparet.

21. Decima sexta hora est de D., & est in regione de G D., & est in quadrangulo de F C G D.; & est in isto quadrangulo, quia in quantum iste quadrangulus participat triangulum de C G D., per eundem triangulum plus opponitur triangulo de A E B. in quadrangulo de H A E B., quàm cum triangulo de F C G.

22. Decima septima hora est in regione de G D. & est in quadrangulo de C G D H., hâc ratione videlicet, quia in circulo, G. præcedit, D.

23. Decima octava hora est in regione de G D., & est in quadrangulo de G D H A.; & hoc ista ratione, scilicet, quia in isto quadrangulo G. cessat habere horas suas in regione de G D., & incipit eas habere in regione de D H.

24. Decima nona hora est de D., & est in regione de D H., & in quadrangulo C G D H., ista ratione videlicet, quia D. in ista hora incipit transmutare horas suas de regione G D. in regionem de D H., cum secundum successionem horarum C. in circulo præcedat G., & cum in ista hora D. sit fortius, quàm in aliis.

25. Vigesima hora est in regione de D H., & est  
D in

in quadrangulo de G D H A.; & ratio, quare ista hora est in regione de D H., est, quia ista regio opponitur regioni de B F.: & ista regula est generalis ad omnes regiones horarum suo modo.

26. Vigesima prima hora est in regione de D H., & in quadrangulo de D H A E., & hoc ista ratione videlicet, quia ista hora & nona, æqualiter se opponunt, & hæc oppositio est universalis ad omnes alias horas suo modo.

27. Vigesima secunda hora est de A., & est in regione de H A., & in quadrangulo de G D H A., & est in hoc quadrangulo hæc ratione, quia in ipso G. præcedit D., & quia in isto A. incipit habere primam horam, quam habet in nocte.

28. Vigesima tertia hora est in regione de H A., & in quadrangulo de D H A E., & hoc ista ratione videlicet, quia ista hora, & undecima æqualiter sunt in contrario; cum horas, quas C. habet in die, habeat quo ad F., & horas, quas habet A. in nocte, habeat quo ad H; veruntamen inter horas, quas habent B C. quo ad F., est talis differentia; quia, quæ se habent quo ad B., indicantur calidæ & siccæ; ista verò quæ se habent quo ad C., siccæ, & frigidæ: & hæc regula generalis est ad alias horas scilicet G H E.

29. Vigesima quarta hora est in regione H A., & in quadrangulo H A E B.; & ratio hujus est, quia hæc hora fortior est quàm A. habeat in nocte; & hoc quia in ista hora A. magis opponitur C. quo ad duodecimam, in qua C. est fortius, quàm in aliis, quas habet in die.

30. Dictum est de viginti quatuor horis, & de cameris earum: modò in aliquibus ipsarum horarum ponemus T., ut demus doctrinam, & exemplum, quomodo in aliis poni debeat.

31. In prima hora differentia est quo ad litteras, ex quibus ipsa in suo quadrangulo constituta est, quia  
illa



Haec virtus, quæ à corporibus supra cælestibus ipsi horæ influitur, per unum modum recipitur in una littera, & per alium in alia. Concordantiam autem habet ipsa hora quo ad se, & complexiones significatas per litteras: contrarietas autem est in ipsa hora quo ad litteras, cum A D. sint contraria quo ad rationem E H. in caliditate, & frigiditate; & sic in ista hora D H. modo contrario recipiunt influentiam à superioribus.

32. In prima hora, regio de A E. est principium, & finis regioni de D H. & de H A. ratione successione horæ in tempore, cum ista hora tendat ad materiam, & potentiam in regione de D H. & ad formam quo ad rationem habitûs in regione H A., & ad actum in regione A E.; Medium autem, per quod principium tendit ad finem, est regio H A.

33. Prima hora major est in A. quàm in D., & in E. quàm in A.; & hoc est, quia movetur de D. ad A. & de H. ad E; & sic major est intensivè in triangulo de H. A. E. quàm de D. H. A.; Æqualitas autem ejus est in hoc, quia extensivè est per totum quadrangulum.

34. In prima hora, & secunda ponitur triangulus viridis isto modo; nam prima hora differt à secunda, cum prima sit de camera de D. H. A. E., & secunda de camera de H. A. E. B.; Concordantiam autem habent in eadem regione, & quia opponuntur contra vigesimam tertiam horam & vigesimam quartam, habent contrarietatem.

35. Prima hora est principium materialiter secundæ, & secunda est formaliter principium primæ; & sic secunda est finis primæ, medium autem in quo conjunguntur est regio de E B. sicut in regione de D H. disjunguntur.

36. Prima hora major est secundâ quo ad rationem noctis; secunda verò major primâ quo ad rationem diei; & prima hora major est secundâ quo ad ratio-

tio-

tionem H, & secunda major primâ quo ad rationem E.; & hoc idem sequitur de majoritate earum ratione solis, qui fortior est in una hora quàm in alia, & magis stat in una quàm in alia: Æqualitas autem earum est in hoc, quòd prima tantùm contradicit decimæ tertix, sicut secunda decimæ quartæ; ut in figura patet.

37. Inter primam horam, & decimam tertiam est differentia & contrarietas, quia in opposito se habent, ut in circulo seu in sexta figura apparet, existente D. contra B., & H. contra F., & A. contra C., & E. contra G.; Concordantiam autem habent in hoc, quòd in prima est E., quod continet de B; & in decima tertia est G., quod continet de D.

38. Prima hora est principium diei, & decima tertia est principium noctis: Medium autem est quidquid inter primam horam, & decimam tertiam est. Finis autem earum est in contrario, existente die fine primæ horæ, & nocte decimæ tertix.

39. Prima hora extensivè major est in nocte quàm decima tertia, cum prima extensivè sit in nocte quo ad regiones de D H. & de H A., & decima tertia non sit in nocte nisi quo ad unam regionem C G.; & in die duas habeat, scilicet regionem B F. & F C., & eodem modo decima tertia major est in die extensivè quàm prima: Æqualitas autem earum in hoc est, quia tantum continet de cimetria in die, sicut prima in nocte, & è converso.

40. Dictum est de prima parte hujus Artis, quæ est de figuris & theoricâ hujus Artis, & de regulis & de conditionibus Medicinæ: Modo dicendum est de secunda parte, quæ est de Quæstionibus quæ se habent ad practicâ; & quæ etiam sunt regulæ ad inquirendum cum Tabonâ veritatē de aliis Quæstionibus.

PARS

# PARS SECUNDA

## DE QUÆSTIONIBUS.

**Q**uæstiones Medicinæ multæ sunt; sed nos de decem quæstionibus exemplificare volumus in hac Arte, ponendo in ipsis figuram de T.; & secundum doctrinam, quam, solvendo ipsas, dabimus, poterit Artista solvere alias Quæstiones per hanc Artem, tenendo modum, quem artificialiter tenemus in istis.

### QUÆSTIO PRIMA.

*QUOMODO MEDICVS DEBET INQVIRERE infirmitatem, ut de ipsa notitiam habeat?*

1. **I**n principio Medicus debet inquirere infirmitatem cum triangulo viridi in figuris, & primo in circulari, deinde in cameris quadrangulorū, triangulorum, graduum, & horarum, secundum datam doctrinam in ponendo triangulum viridem in ipsis. Deinde Medicus speculando, & imaginando modum, per quem triangulus situatus est in figuris, sub eodem modo inquirat ipsum triangulum in subiecto infirmitatis, quia per eundem modum situatus est in subiecto infirmitatis per quem in figuris; cum modus figurarum sit universalis, à quo descendit & regulatur particulare in subiecto infirmitatis; & intelligimus per *particulare* differentiam, concordantiam, & contrarietatem in corpore talis infirmi influxam ab universali concordantia, & cetera figurarum.

2. Principium infirmitatis consistit in rebus se habentibus contra naturā circuli, quadranguli & cetera, sicut

sicut est quando E. non recipit proportionaliter influentiam ab AB., & idem est de aliis: Unde secundum tale principium constituitur medium, & finis infirmitatis; & ideo, quo ad E., subjectum infirmitatis ideo infirmum est, quia E. non recipit influentiam à principiis suis universalibus, ipso E., per accidens, & causam particularem, deviato ab ordinatione sui principii universalis. Et sic Medicus, investigando infirmitatem, debet inquirere illud particulare, cui magis contradicit universale, ita quod, si G. infirmi plus distat ab infirmitate, quam CFH., & E. plus à sanitate, quam FH, tunc A. est principium infirmitatis secundum triangulum croceum, & B. est medium, ipsis CG. contradicentibus fini ipsius A.

3. Medicus investigare debet majoritatem, æqualitatem, & minoritatem infirmitatis, & complexionis, mediantibus signis, scilicet, urinâ, pulsu, coctione, & hujusmodi, atque materiam ipsius infirmitatis, secundum triangulum croceum positum in figuris; quæ majoritas apparebit magis in una regione circuli, quam in alia, & sic de aliis cameris figurarum: Hanc autem majoritatem, per quam æquales res materiæ infirmitatis ad minoritatem sanitatis se habent, & è converso, significabit modus inquirendi præmissus, postquam Medicus inquisiverit infirmitatem cum quolibet trium præmissorum triangulorum per se, & descensum fecerit ad particulares triangulos in subjecto infirmitatis.

4. Iterum debet inquirere infirmitatē cum omnibus triangulis mixtis uno cum alio, speculando eorum mixtionem in figuris, & ex illa mixtione universali descendendo ad mixtionem particularem in subjecto infirmitatis, & videndo, quomodo in infirmo trianguli se habent unus cū alio circularitèr, quadrangularitèr &c., ascendendo in majorem gradum in una hora, quam in alia;

alia; & secundùm hoc apparebit, quòd infirmitas major est in regione de E B. quàm in regione de B F.; sanitas verò erit in majoritate concordantiæ principii, medii, & finis & fortius in regione de D H, quàm in regione de D G.

5. Data est doctrina, quomodo trianguli T. poni possunt per ordinem unus post alium, & misceri insimul. Modo in sequentibus quæstionibus non tenebimus modum illum, sed quandoque tangemus quæstionem per unum triangulum, quandoque per alium, & quandoque non loquemur de aliquo triangulo, sed intelligi poterit.

## QUÆSTIO SECUNDA.

### DE POTENTIA APPETITIVA, RETENTIVA, digestiva, & expulsiva.

1. **M**ultùm est necessarium Medico habere notitiam de potentiis antedictis, quo modo situatæ sunt in figura T., ut administret eis materiam in subjecto, secundùm quod ipsæ potentia se habent in figura, & in subjecto: Unde ad quæstionem respondemus isto modo: sicut in circulo apparet, appetitus est propter hoc, quia A. appetit B. in F.; & D. appetit A. in H.; & C. appetit D. in G.; & B. appetit C. in F.; & hoc est ut A. vivat de B., & D. de A., & C. de D., & B. de C.; quia quidquid intus est, vivit de hoc, quod venit ab extrinseco, sicut vivit homo de cibo, & lumen de oleo: & sic appetitus est, ut vivat unus quadratus de alio, & una regio de alia. Etiam appetitus est, ut Elementa habeant actionem, & ut unum reducat aliud ad suam similitudinem, sicut B. appetit intrare in A.; ut agat in ipsum, & reducat ipsum ad

ad sui similitudinem, recipiendo A. caliditatem de B. in E; & idem est de B. C. D.

2. In figura, quæ est de gradibus in camera de A. B., quartus gradus de B. appetit tertium de A., & tertius de A. appetit quartum de B., quia convenientiam habent; & sic quartus attrahit tertium; & sic de tertio de B., qui appetit primum de A., & quartus de A., qui appetit secundum de B.: Unde similimodo est de appetitu subjecti, quod appetit, ut ex præmissis significatum est, ut vivat, & hoc per modum concordantiæ. Per modum contrarietatis, appetitus est per alium modum, sicut, intrante B. in A., intrat cum C., & sic pariter A. in D. cum F.; & C., quod est in A., appetit multiplicari, ut F. de vincat H.; & sic iste appetitus est contra A.; & simili modo infirmus appetit suum contrarium multoties, ut significatum est: Unde infirmo habente appetitum, Medicus debet speculari quomodo in figura, hoc, quod appetit, complexionatum & gradatum est, & cum qua hora magis conveniat, & quo triangulo, & regione, & tunc judicare poterit, utrum talis appetitus se habet ad sanitatem, aut infirmitatem.

3. Potentia retentiva in figura assituata est isto modo: intrante B. in A., A. retinet de B. in E. taliter, quòd G. non devincat E., nec F. devincat H.; etiam quando tertius gradus de A. venit ad quartum de B., & secundus de B. venit ad quartum de A., tunc quilibet retinet suum simile, ut per ipsum sit in majori virtute, & idem est de subjecto; & idcirco Medicus debet attendere quomodo retentiva se habet in figura, quia per eundem modum se habet in subjecto; tamen, quando infirmitas excedit sanitatem, tunc illa regio, quæ patitur sub alia, retinet suum contrarium, ut ipsum devincat, sicut, quando tertiana regnat, E. retinet de G., & F. de H., ut E. vincat G., & F. vincat H.

4. Di-

4. Digestiva est in figura, & per consequens in subjecto: In figura est, quia A. digerit in E. hoc, quod recipit de B., & convertit in complexionem de D. in H. ut temperamentum fiat de C. & B. in E.; ita quod, evacuando se in H., implet se de B. in E., & ita est de aliis, ut in figura de gradibus apparet; secundum quod in camera de B C. apparet, quartus gradus de B. digerit secundum, & primum de C., ut ex ipsis vivat; etiam quartus & tertius de C. digerunt tertium, & primum, de B.; unde, secundum quod natura digerit in figura, debet Medicus præparare materiam ad digestionem; & hoc cogoscere potest in gradibus, triangulis, & horis. Veruntamen quando infirmitas est nimis intensa, tunc efficitur digestio in contrarium, sicut in camera de A B. apparet, in qua B. inflammat tantum quartum gradum de A., quod tertius, & primus de A. non habent subjectum A. quo ad proportionem existentem inter ipsa B. & A. quoniam B. simpliciter existit à prædominio, & tunc Medicus debet reprimere illam contrariam digestionem, & convertere in ejus oppositum cum gradibus quadrangulis, & triangulis, & horis, administrando naturæ tales comestiones, quæ quoad siccum, & frigidum sunt indigestibiles in E. per virtutem calidi, & humidi, ut subjectum non consumatur.

5. Expulsiva est secundum quod A. expellit in E. & ab ipso E. illud de B., quod in nutrimento non intrat, & ipsum A. retinere non potest, eò quod plenum sit; & A. expellit de B., ut nimis recipiendo C., non sint à prædominio in ipso, nec F. in H. neque G. in E.; veruntamen, quando B. causando infirmitatem nimis forte existit, tunc cogitur A.; & F G. expellunt H E. de A., ut destruat A.; & ad hoc Medicus debet dare remedium subjecto inquirendo ipsum remedium per cameras figurarum, per gradus, & per horas, secundum

E

secundum

cundum dispositiones figurarum, & doctrinam datam de regulis ipsarum.

## QUÆSTIO TERTIA.

### DE NUTRITIONE, ET AUGMENTATIONE.

1. **I**N dispositione figuræ declaratur modus, per quem Medicus debet disponere materiam, ut natura nutriatur in subiecto; & hoc isto modo: A. fortius est in quadrangulo de DHAE., quàm in quadrangulo de AEBF., cum in primo quadrangulo sit plus remotum à C., quàm in secundo: Etiam A. fortius est in quarto gradu in camera de AD., quàm in camera de AB., & hoc idem de triangulo AEB. in quadrangulo AEBF., in quo fortius est, quàm in triangulo de EBF.: Et etiam A. fortius est, quàm H. in prima hora, quàm in secunda, & in secunda quàm in tertia; & sic Medicus debet preparare materiam in eo, in quo A. est fortius; dum tamen A. magis indigeat nutrimento in subiecto, quàm BCD., ut intelligi potest.

2. Ratio, quare A. vivit de B., est, quia B. intrat in A.; & A. convertit in se hoc, quod convenit, sicut Mulier, que convertit in suam speciem hoc, quod Vir in eam transmittit; Veruntamen si B. intrat in A. cum nimia influenza, tunc vivit B. de A., ut apparet in camera de AB., in qua quartus gradus de B. vincit quartum gradum de A., in tertio de A., quia B. est in quarto caliditatis, & A. in tertio, tamen in illa camera, quartus de A. vivit de secundo de B.: & in his doctrina data est, quomodo Medicus debet propinare nutrimentum, ut subiectum non pereat, & ipsum nutriat.

3. Augmentatio consistit in figura, & per consequens in subiecto hoc modo: B. influit se in E.; & A.

attra-



atrahit B. ad se, ut in camera de A C. apparet, in qua tertius de A. atrahit secundum de C., & sic A. recipit de B. in E. hoc, quo indiget ad suam augmentationem contra C.; & quia A. in H. concordantiam habet cum D., quod restrictivum est, ideo A. claudit cum D., nè C. intret in E.; etiam quia D. odit B., idcirco D. strin- git in H., nè B. intret in ipso H.; nec in D., & sic B. re- manet in A. in regione de H A. & de A E., & in illis regionibus A. recipit augmentum convertendo B. in se, & agit de ipso, sicut forma de materia, & ad suum finem reducit ipsum, & sic A. augmentat se per totam figuram; veruntamen triangulus de F C G. resistit ei; quantum potest. Sicut de A. dictum est, suo modo de B C D. intelligi potest.

## QUÆSTIO QUARTA.

### QUOMODO GENERATUR FEBRIS?

I. **Q**Uoniam in figura est motus circularis, quadrangularis, & triangularis, intrante B. in A., & A. in D., & D. in C., & C. in B.; & in isto introitu circulari A. intrat in C. & B.; & B. in D. & C.; & C. in A. & D.; & D. in B. & A.; & cum sanguis, in quo partes venientes ad subjectum sunt plus conjunctæ & mixtæ, quam partes existentes inter carnem & ossa & inter carnem & nervos & ossa & nervos, habeant hujusmodi circulationem quadrangularitatem, & triangularitatem, ideo in sanguine generatur febris, quando sanguis incipit corrumpi, & hoc, quadrangularem & triangularem motu impediente motum circulare; & quadrangulo de F C G D. impediente quadrangulum de H A E B., & sic de triangulis; ex quo sequitur, quod sanguis non potest bene discurre

rere

rere, quia propter prædicta impedimenta pori nimis clausi sunt; & sic sanguis, in quem cibus convertitur, ingrossatur, & privatur motu, & sic efficitur putrefactio in sanguine, sicut fit in aqua, quando non potest habere motum: factâ putrefactione in sanguine, putrefiunt arteriæ, & per consequens caro, nervi, & hujusmodi, ipsis recipientibus nutrimentum de sanguine corrupto; de qua putrefactione multiplicata in subiecto generatur febris modo, qui sequitur.

2. *Febris est calor innaturalis mutans motum naturalem in contrarium.* Calor naturalis, & motus naturalis est, quando circulus, quadrangulus, & triangulus rectè moventur, scilicet, quod A. transeat ad D.; & D. ad C.; & C. ad B.; & B. ad A. secundum ordinem planetarum, qui moventur motu proprio ex C. ad B; & ex B. ad A., & ex occidente ad meridiem & ex meridie ad orientem &c. Etiam motus naturalis est quando A B C D. recipiunt influentiam à motu firmamenti, secundum quem A. per accidens movetur ad B; & B. ad C. & sic de aliis, secundum quod firmamentum movetur de oriente ad occidentem, & per accidens Planetæ rapti à prædicto motu firmamenti; & per istum eundem motum existit motus naturalis in subiecto, & per talem motum conservatur in ipso calor naturalis, quia, quo ad naturam ipsius subiecti, & quo ad naturam corporum supra coelestium, movetur, & recipit influentiam, ipsis corporibus influentibus in inferiora, sed calor innaturalis efficitur per oppositum modum, qui sequitur.

3. Naturaliter B. movetur ad A. &c., & sic infundit in E. de F G H. debito modo, & naturaliter, ut superius dictum est; sed quando B. plus influit de C., quàm de se, & plus de D. quàm de se, tunc alteratur E., ipso E. recipiente plus de C D., & in C D. existente in majori majoritate, quàm in B.; & hoc modo

do influit B. in E. contra naturam, quod potest provenire ex eo quod C. abundat in G. supra naturalem æqualitatem qualitatum in subjecto; & hoc idem est de D A B. suo modo; & quia A. odit istam innaturalem influentiam de B., convertit se in contrarium motum, scilicet de oriente ad occidentem; & idem faciunt B C D.; & influenza superiorum recipitur in contrariam naturam, & sic destruitur calor & motus naturalis, & per consequens generatur febris ex prædictis causis.

4. Febris tertiana generatur modo qui sequitur, secundum quod in figura apparet: Omne generabile consideratum quo ad ea quæ se habent per secundam intentionem, videlicet quo ad ea quæ se habent ad finem, ad quem tendit generatio, prius incipit in minori quantitate quàm in majori, & sic est talis generatio prius in potentia, quàm in habitu, & prius in habitu, quàm in actu; sed ipsum generabile consideratum quo ad finem, qui se habet per primam intentionem, se habet per oppositum: Unde secundum hoc febris tertiana, quæ est de complexione F., considerata quo ad primam intentionem prius incipit in B F., sed considerata quo ad rationem secundæ intentionis prius incipit in opposito, scilicet in regione de D H.: Veruntamen istæ duæ regiones multum inter se contrariantur, regione de D H. fortiter se opponente regioni de B F.: Ideo cum B. facilius possit agere contra D. in aliis regionibus, in quibus D. non est ita forte, sicut in regione de D H; propter hoc B. influit in regionem de E B., & mediante illâ regione incipit agere contra D. in subjecto infirmitatis, scilicet in regione de G D. sibi opposita, in qua regione D. non est ita forte, sicut in regione de D H; & sic B. movet F. in E. & regio de E B. agit in regionem de G D. sibi materialiter subjectam, & habituatur febris in regione de D H., quia est  
in

in potentia in regione de G D., & sic transit successivè de una regione in aliam, quousque appareat in actu in regione de E B.; postea transit augmentando in regione de B F., quæ regio fuit principium causæ finalis, & in illa regione subjectum deficit sive moritur, si febris incurabilis est. Veruntamen, si non transit in illam regionem, curabilis est; & secundùm hoc potest Medicus de subiecto prognosticare.

5. Hâc ratione febris tertiana vexat uno die & alio non, videlicet quia in die, in quo paroxismus est, B. existente à prædominio super A D., & ipsis A D. patientibus sub ipso B., ipsa A D. se præparât in quadrângulo de G D H A., ut die sequenti B C. non agant contra naturam, quæ B C. non possunt resistere propter actionem ipsorum A D., cum in die accessionis sint occupata in agendo contra ipsa A D., in quibus est habituata sanitas; & sic sequenti die post accessionem non possunt agere B C. sicut in primo, quia illa die præparant, & disponunt materiam ad paroxysmum, cum sint in potentia, & non sint occupata, & sic tertio die revertitur accessio.

6. Quando verò B C. sunt nimis fortia contra A D., tunc tertiana simplex convertitur in duplicem; & hoc est, quia propter simplicitatem nimis intensam digestus est quadrangulus de G D H A., & sic sequenti die A D. non possunt se juvare invicem, nec resistere, quin B C. agant contra ipsa; veruntamen juvant se invicem quantum possunt, & sic illa die per aliquas horas sunt in quiete; & si ita sit, quòd B C. nimis excedant, comprehendunt materialiter totum quadrangulum de G D H A., & sic febris convertitur in continuam, & tunc, si febris sit fortior in regione de B F., est signum mortis.

7. Ratio, per quam Medicus potest cognoscere in qua regione sit paroxismus, scilicet in E B., aut in B F.;

B F; & sic de aliis consistit in horis diei, & in quadrangulis, & triangulis; in quibus sunt dictæ horæ, quia paroxismus de tertiana simplici in E B. incipit in horis oppositis isti regioni subjectis dictæ regioni quo ad inceptionem, & præparationem materialiter, & reducitur paroxismus in actu in dicta regione de E B. formaliter; & idem est de aliis regionibus; & si paroxismus non venit in horis, quæ sunt de regione E B., aut de regione B F., tunc Medicus potest cognoscere, quòd hoc est causa debilitatis B F., aut quòd B F. non sunt simpliciter causa febris, sed aliæ litteræ, secundùm quod paroxismus cadit in horis illarum litterarum, & sic horæ significant regionem, & regio est causa febris, quia febris tertiana non est semper in actu in quadrato de E B F C. in horis illius quadrati: ratio est, quia aliæ litteræ possunt esse causa febris per accidens, videlicet materialiter.

8. Simplex quartana hæc ratione generatur, videlicet, quia grossa materia est in sanguine, & propter grossitatem materiæ motus non est ita velox, sicut in tertiana & sic quartana est de C G., sicut tertiana de B F.; & ideo sicut tractatum est de tertiana, sic suo modo intelligendum est de quartana, & etiam de aliis.

9. Ratio, quare sentitur frigiditas quando paroxismus incipit actu, est hæc videlicet, quia D. se dilatat & venit in extremitate, ut restringat poros, impediendo, ne B. recipiat beneficium ab extrinseco, & ut D. suffocet B., nè agat contra sanitatem; sed, quia B. est fortius, aperit poros extremitatum, & recipit augmentum, & sic subjectum sentit calorem in extremitatibus, & etiam in interioribus.

QUÆS-

# QUÆSTIO QUINTA.

## QUOMODO COGNOSCATVR VRINA, ET pulsus.

1. **P**Robatum est in *Traſtatu de retentiva*, quòd B. habet colorem lucidum, A. diafanum, D. album, & C. nigrum; & ſic Homo ſanus digeſtione facit urinam in colore de A B., & hoc eſt, quia A. eſt plus colorabile, quàm D C; & recipit potius colorem de B., quàm alium, & hoc quia iudicatur ſecundùm E.: Digeſtio verò perficitur ſecundùm horam, in qua comeditur; ita quòd, ſi comedatur in regione de A E., perficitur celebratio digeſtionis in regione de F C.; & ſi in regione de E B.; perficitur in regione de C G., & ſic de aliis: Unde, cum poſt celebrationem digeſtionis color urinæ ſit aureus, & ſic prætendat regionem de A E., ante digeſtionem debet eſſe in colore regionis de C G.; & hoc eſt, quia C G. eſt in oppoſito illius regionis, quam prætendit color aureus urinæ, in quem colorem, factâ digeſtione, convertitur color veniens de colore ſanguinis iconvertente in ſe colorem cibi, & potiùs, qui in ſanguinem convertuntur, ante quam in carnem: Iſta doctrina de urina hominis ſani declarat, quomodo debeat cognoſci urina hominis infirmi.

2. Si febris eſt de A., urina eſt rubea, & clara; rubea ratione ſanguinis, de quo diafanitas A. coloratur, quod A. plus coloratur colore ſanguineo quam B C D; quia cum ſit diafanum, & per conſequens magis receptibile coloris, ideo color ſanguinis, magis recipitur in ipſo A, quàm in aliis: Clara eſt, ratione luciditatis de B; cum ipſum A. iudicetur ſecundùm E.;

E.; verumtamen, si augmentatur febris, claritas convertitur in spissitudinem, quod ideo fit, quia diafanitas augmentatur ad eius augmentationem, ex quo sequitur, quod in ipsa diafanitate color simplicior reddatur, & per consequens subjectum corrumpitur, ex cuius corruptione materia ingrossatur, & color regionis C G. fortius apparet in colore regionis A E.

3. Si febris est de B., tunc urina est de coloribus suarum regionum, scilicet E B F., & est lucida quo ad B., & clara ratione tenuitatis C., cum ipsum C. sit magis evacuabile, quam A B D., eo quod plus habet de materia, quam illa, & sic, cum ratione tenuitatis, non possit apparere sub proprio colore, recipitur in albedine de D., & illuminatur in colore B.; cum B D. habeant concordantiam cum C., & illa concordantia, quam habent ratione F G., recipitur in colore de H E., & sic est urina lucida, & clara, & quanto plus augmentatur febris tanto plus patitur H. ratione F., & consumitur diafanitas de A., & sic non possunt ita bene apparere in ipsa colores de B. C. D., & sic urina est magis spissa, & confusa in colore de B.

4. Quando febris est ratione C., tunc est urina de colore de F G.; ita tamen, quod est magis alba, quam lucida, cum C. majorem virtutem habeat in G., quam in F., quia judicatur siccum, & frigidum, & illa albedo est confusa ratione nigredinis de C., est etiam clara, & lucida ratione F., & etiam diafana, cum A D. concordantiam habeant in H., & est nigra, & alba quo ad D., ut dictum est; ita quod plus intenditur quo ad G.; quam quo ad alia, & quanto plus infirmitas multiplicatur, cum materia ingrossetur, & C. tanto amplius ad suam proprietatem accedat, & per consequens luciditas, & diafanitas destruantur; ideo sequitur, quod tunc urina magis obscuretur, & quod C. ad suam proprietatem attrahat alios colores.

F

5. Si

5. Si Febris est ratione D., tunc urina est plus intensa in colore albedinis, quam in alio colore, & cum D. coagulet se, quia est restrictivum, & in se contineat diaphaneitatem de A., & luciditatem de B. cum C. in G.; ideo partes urinæ non sunt lucidæ, nec diaphanæ; sed apparet in colore de G. confusum de C D., & sic urina est alba, & nigra, confusè & spissa, & quanto plus febris augmentatur, tantò plus urina est intensa in confusione de C D. in G., & tantò plus diminuuntur colores de A B. in E.

6. Sicut figura jacet substantialiter, assituata est in urina accidentaliter in coloribus; & ita, si infirmitas est ratione A., est colorata de colore ipsius A., magis in regione de A. quam in aliis regionibus; & hoc apparet in hypostasi, & in ampullis in circulo urinæ, & in horis dici, superius, & inferius, in profundo, & medio urinæ, & hujusmodi.

7. Cognitio pulsûs consistit in figura, ut sequitur: si febris est ratione A., pulsus est in regione de A E., & est de percussione, quam B. facit in A. in E., & de percussione, quam A. facit in D. in H., & sic pulsus est plenus quo ad A., quia A. impletivum est; & planus quo ad D., quia D. planitiem appetit, & sic pulsus principaliter habet duos ictus, videlicet, unum activum, & alium passivum; activus est de regione AH., & passivus est de regione A E., & ictus major est quo ad A., quam quo ad B. Sunt etiam alii duo ictus, qui sunt de C D., sed illi sunt insensibiles in quadrato de A E B F., & hoc, quod de pulsu dictum est quo ad A., potest dici quo ad B. C. D., secundum complexiones ipsorum.

8. Si febris est ratione B., tunc pulsus est velocior quam si sit ratione ipsorum A. C. D., & hoc est, quia B. est diffusivum, & magis aperit poros, quam faciant A. C. D.; & si infirmitas est ratione C., pulsus est magis velox,



velox, quàm si sit ratione D., cum D. sit restrictivum, & coagulet partes claudendo poros; & sic sua percussio, influentia, & refluentia non possunt fieri cum velocitate.

9. In quolibet istu, quem litteræ faciunt, una in aliam, scilicet B. in A.; & A. in D.; & D. in C.; & C. in B., est influentia, & refluentia, & sic motus pulsus est compositus de influentia, & refluentia, sicut mediante tactu apparet, percutiente pulsu in uno loco digiti, influendo, & in alio refluyendo: influendo percutit, quia est activus quo ad litteram, quam percutit; & refluyendo repercutit eadem litteram, attrahendo ad se hoc, quod est de suis partibus in alia littera; sicut B., quod percutiendo in A., refluyendo attrahit ad se suas partes, quæ in A. sunt passivæ; eâ intentione, ut in F. sint activæ; & illa quæ dicta sunt de urina, & pulsu, sunt regulæ generales ad omnia particularia, quæ de ipsis descendunt.

## QUÆSTIO SEXTA.

*QUOMODO INFIRMVS AMITTAT APPETITUM?*

I. **S**I infirmus est ratione A., tunc omnes partes ipsius A., existentes in suo quadrato appetunt omnes partes eis similes in specie existentes in aliis quadratis, ut per ipsas devincere possit sanitatem; si infirmitas causatur ex superabundantia ipsius A.; tunc partes quadrati ipsius appetunt alias, ut dictum est, ut A. devincendo sanitatem in aliis complexionibus accedat ad suam simplicitatem: etiam partes de A., quæ sunt in regione de B. de C. & de D., appetunt esse in regione de A., ut juvare possint naturam in illa regione;

ne; & hoc idem est de partibus C., quæ se appetunt ad invicem contra A.; & de partibus de F., quæ sunt contra regionem de H., & è converso; & sic per istum modum infirmus saporem non invenit in cibo; cum partes gustûs se habeant ad aliam finem: quod dictum est de A. intelligi debet de B. C. D. suo modo.

2. Si infirmitas est ratione repletionis, infirmus amittit appetitum, quia natura se convertit ad decoquendum hoc, quod est superfluum; & sic ratione plenitudinis amittit appetitum, quia natura debilis est in digestionem, & tunc infirmus invenit amaritudinem in cibo, licet non sit amarus, eò quòd natura abhorret cibum ratione debilitatis digestivæ.

3. Quando homo est sanus, ejus gustus est sanus, & quo ad sensum est simpliciter communis ad A. B. C. D.; sed, cum ipsum organum in complexione se habeat magis ad unum quadratum, quàm ad aliud, si infirmus patitur infirmitatem quo ad complexionem quadrati, ad quod organum plus se habet, tunc infirmus ratione organi gustûs accidentaliter amittit appetitum; ipso gustu in cibo, & potu, quem recipit, inveniente qualitates concordantes, & proportionabiles illis qualitatibus, quæ ipsum, mediante infirmitate, laeserunt quo ad illam qualitatem, ad quam magis se habet; quas qualitates idem gustus abhorret, pro eò quòd sibi quoad dictam qualitatem sunt contrariæ, & sic infirmus amittit appetitum.

4. In tabula figurarum, videlicet in camera de A. B. apparet, quòd tertius gradus de A. aborret A., quia appetit quartum ipsius B., ad quem tendit, & sic A. in sua specie remanere non potest; & idem est de secundo de B., quia transit ad quartum de A.: unde simili modo infirmus habet appetitum corruptum, quia partes naturales appetunt formas novas ratione corruptionis ab infirmitate procedentis; unde omnia  
ista,

ista, & multa alia, quæ per ista intelligi possunt, ista occasio, per quam infirmus in gustu iudicet esse amarum, quod simpliciter est dulce, sicut faccarum, & similia; & appetat id, quod est acetosum, vel amarum, & secundum gustum æstimet esse dulce, cum secundum hoc significetur, quod natura indigeat eo, quod est acetosum, vel amarum, ideo Medicus poterit propinare id, quod est acetosum vel amarum, & etiam prohibere id, quod est dulce; dum tamen id, quod infirmus appetit, manifestè se non habeat contra sanitatem, habitâ consideratione, quomodo infirmitas situata est in figura.

## QUÆSTIO SEPTIMA.

*QUOMODO MEDICVS DEBEAT INVESTIGARE gradum, in quo est infirmitas.*

1. **G**radus infirmitatis sunt quatuor, scilicet primus, secundus, tertius, & quartus, & investigando huiusmodi gradus Medicus primò debet investigare, in qua regione sit infirmitas, quod scire poterit per notitiam figurarum, horarum, urinæ, & pulsus, secundum quod de ipsis tractatum est: postmodum debet investigare gradum infirmitatis, ut sequitur.

2. Supposito, quod subjectum patiatur tertianam, tunc in subjecto sunt magis contraria B D., quàm A C; & secundum hoc Medicus debet considerare quomodo in camera de B D. unus gradus attrahit sibi alium sicut B. ad suum quartum gradum attrahit primum de D.; & quartus de D. primum de B.; quia secundum illum modum, quando quartus gradus de B. in subjecto infirmitatis excedit æqualitatem, & proportionem complexionis in uno puncto, tunc cum illo pu  
cto

Et inordinatè agit contra unum punctum de primo gradu ipsius D., extrahendo illum à se, & tunc infirmitas est in primo gradu; quando verò excedit cum duobus, infirmitas est in secundo gradu, & idem est de tertio & quarto, in quo quarto sequitur mors; & idem de tertio ipsius C. contra secundum ipsius A., contra quem agit cum uno puncto in primo gradu infirmitatis, & cum duobus in secundo; & sic de aliis, & in eadem linea ipsius B. per eundem modum, qui dictus est se habent A. C. videlicet tertius de C. & secundus de A., unus contra alium, agente tertio de C. cum uno puncto contra unum punctum secundi ipsius A., quando infirmitas est in primo gradu, & sic de secundo, tertio, & quarto, & è converso A. contra C. cum adiutorio tamen de D., & mediante D. devicto per ipsum A., nam in eadem linea de B., in qua B. est in quarto gradu, & C. in tertio, & A. in secundo, & D. in primo, ipsum B. agendo contra D. secundum modum, qui dictus est, devincit A. mediante C., & devincit D. mediante A., & postmodum devincit C. mediantibus A. D. devictis per ipsum B., & hoc per totam lineam; & in cameris Tabulæ de gradibus significatur, quomodo ista fiant; & sicut declaratum est, quomodo B. devincit D. in primo, secundo, tertio, & quarto gradu, eodem modo intelligi potest de A. C. D. suo modo.

3. Si infirmitas est in regione de EB., & est in primo gradu, tunc paroxismus est fortior in quarta hora, quàm in aliis; quia tunc agit B. contra D. cum regione de E B. secundum partem proximiorum E. contra regionem de G D. in proximiori parte ipsius G.; quod fit propter hoc, quia quanto B., & sic de aliis, in minori quantitate excedit in calido, in tantò debiliori parte regionis de G D. agit contra ipsum D., & quanto plus excedit, tantò agit contra D. in fortiori parte regionis de G D., & si sit infirmitas in secundo gradu, tunc  
 paro

paroxismus est fortior in quinta; & si est in tertio, tunc est fortior in sexta, & si est in quarto, tunc fortior est in septima; & tunc est signum mortis; & si infirmitas non teneat modum, qui dictus est, tunc regio de E B. non est simpliciter causa infirmitatis, aut per aliquod accidens sequitur illa inordinatio horarū.

4. Sicut Medicus potest investigare gradum infirmitatis cum Tabula de gradibus, ut dictum est, ita potest eum investigare cum circulo, & cum Tabula de quadrangulis, & triangulis; nam sicut B. fortius est in F. quàm in E., sic primus gradus infirmitatis est in circulo in regione de E B., & non in regione B F., & in quadrangulo de EBFC. & non de B F C G, & sic de triangulis, & horis; quod fit propter hoc, quia quanto minus infirmitas est gradata, tantò B. agit secundum regionem sibi proximam, in qua minus accedit ad fortioiorem virtutem, & ideo agit secundum regionem de E B.

## QUÆSTIO OCTAVA.

*QUOMODO PAROXISMVS, ET DIES CRISIS assituati sunt in subiecto?*

1. **D**ictum est quomodo Medicus potest habere notitiam in quo gradu sit infirmitas, & satis patere potest quomodo paroxismus, & dies crisis assituati sunt; sed nihilominus, ut hoc clarius elucescat, de hoc doctrinam dabimus in sequentibus, scilicet, si infirmitas est ratione B., paroxismus est situatus in aliquo gradu infirmitatis, videlicet primo, secundo, tertio, vel quarto, ut dictum est; si sit in primo gradu infirmitatis, est assituatus in primo gradu de A. B. C. D., & per consequens est assituatus in quadrangulo de EBFC., & in triangulo de EBF.; & in regione

gione de E B. Est paroxismus assituatus in primo gradu de A. B. C. D, quia infirmitas est in primo gradu. Est in quadrangulo assituatus, quia extensive est in praedicto quadrangulo de E B F C., & intensive in triangulo de E B F. Et in regione de E B., quia habet plus de intensione, quam in quadrangulo.

2. Paroximus est assituatus in horis modo, qui sequitur: si paroxismus causatur à B., & est in primo gradu, habet tres horas intensas, & est magis intensus in hora media inter duas, quam in aliis; & si sit in secundo gradu, habet sex horas; & si sit in tertio habet duodecim; & si sit in quarto habet omnes, & est in regione de B E., ita quod duplicatur gradus in quolibet ascensu.

In quarto gradu infirmitatis paroxismus continet omnes horas, ut dictum est, extensive tamen, eò quod magis est intensus in una hora, quam in alia; & hoc est, quia est in regione de B F., & ideo est magis intensus in horis, quæ sunt in quadrangulo, & triangulo illius regionis, quam in aliis, & in eo, quod non est æqualiter intensus per omnes horas, conservatur sanitas secundum illas horas, in quibus non est intensus; & in hoc etiam, quando paroxismus est assituatus, est dies crisis quo ad potentiam, & habitum; quæ assituatio maximè est in regione D H., si tamen infirmitas est de regione de B F.

4. Sicut paroxismus est assituatus contra diem crisis quo ad gradus, quadrangulos, triangulos, regiones, & horas; ita dies crisis, quando est assituatus, est in opposito contra paroxisum; & sicut D, quantum potest se congelat, & coagulat contra B, quando paroxismus est ratione B., sic in regione D H. dissolvitur D.; & in sudore, quando est dies crisis, expellit superfluitates, quas aggregat B., contra D., & sicut B. in regione sua attrahit alias regiones contra D.

quanto

quando est paroxismus; ita D. in suâ regione attrahit alias regiones contra B., quando est dies crisis.

5. Paroxismus quandoque est magis intensus actu in primo gradu, quàm in secundo; & in secundo, quàm in tertio; & in tertio, quàm in quarto; & sic moriuntur homines in quolibet gradu paroxismi; & ratio hujus consistit in hoc, quia quandoque una regio, ita subito superat, suffocat, & devincit aliam regionem sibi oppositam, quòd sanitas non potest conservari in alia regione, deficiente ipsi sanitati materiâ, & per consequens potentia, & habitu; & hoc idem est in opposito de die crisis suo modo.

6. Paroxismus, & dies crisis quo ad horas assuetati sunt in subjecto, ut sequitur: gradus infirmitatum, & elementorum, & horæ, concordantiam habent ad invicem; cum horæ ratione motus circuli transeuntes per regiones circuli, sequantur conditiones graduum infirmitatis, & elementorū, ita quòd si infirmitas est ratione de B., & est in primo gradu, ita quòd paroxismus sit assuetatus in regione de E B. in quarta, quinta, & sexta hora, dies crisis debet esse in regione de B F. existens assuetatus in potentia in septima, octava, & nona, quando paroxismus est in E B. & de regione de E B.; & secundum hoc est signum mortis; sed quia horæ non sunt de essentia subjecti, quandoque accidit, quòd infirmitas est ratione B., & tamen paroxismus non est in regionibus de E.B.F. in horis competentibus ad qualitates ipsorum E. B. F.; imò quandoque est paroxismus in prima, secunda, vel tertia hora; quandoque in decima, undecima, vel duodecima, & sic de aliis, & tunc est signum vitæ, quia horæ non concordant cum gradibus elementorum, concordantibus cum gradu vel gradibus infirmitatis, imò concordant cum oppositis, videlicet cum gradibus elementorum concordantibus cum sanitate, & die crisis, contrariantibus infirmitati, & paroxismo.

G

QUÆS-

## QUÆSTIO NONA.

QUOMODO RHEUBARBARVM PURGAT CHOLERAM, & THERIACA VENENUM?

1. **R**heubarbarum est de complexionem de F., & sic contradicit H.: Unde triangulus de B F C. cum adiutorio rheubarbari agit contra triangulum de D H A.; & cum natura sustinere non possit, quod rheubarbarum intret in mixtionem ratione digestionis, ut non destruat triangulus de D H A., ideo natura scindit de E B F. choleram attractam ad rheubarbarum veniens ad choleram, sicut simile ad simile, & expulsiva expellit, quod natura abhorret in digestionem.

2. In camera de B D. denotatur temperamentum, unde addito alio B. existente in quarto gradu dictæ camerae, quarto gradu de B. duplicato, & sic de aliis existentibus sub se in illa camera, devincitur D.; & sic D. neque in quarto gradu, neque in aliis sustinere potest B. cum suis gradibus, & per istam cameram significatur quomodo rheubarbarum purgat choleram, & theriaca venenum.

3. Cum venenum sit in complexionem nimis simplex, & in specie nimis extraneum subiecto, ideo ipsum est causa, quare in subiecto clauduntur pori, ut in ipsum non intret, & sic A B. se claudunt in E., & A D. in H.; & D C. in G.; & C B. in F., & sic natura cessat & motus cordis, & anhelitus suffocatur propter venenum; sed veniente theriaca in subiectum, bibendo, aut in unguendo, cum ipsa theriaca sit in parte similis veneno in specie, ipsa theriaca tendit ad venenum, & venenum ad ipsam, & sic conjunguntur ad

se



se invicem, & partes, quæ sunt in theriaca, intrant in mixtionem in A. B. C. D., & in illa mixtione appetunt poni, & natura suffocat venenum, quia omnes litteræ appetunt conservare subjectum, in quo sunt & contrariantur ipsi veneno, & ipsius retundunt in digestionem.

4. Infirmus transmittendo anhelitum expellit partes corruptas, & inspirando attrahit partes sive atomos novas, & sic hoc, quod transmittit; pellit, & hoc, quod attrahit, in nutrimentum reducit, si infirmitas sit curabilis; sed si sit incurabilis, efficitur in opposito, secundum quod A. B. C. D. appetunt esse in illo subjecto, vel in alio, & simili modo est de theriaca, quia si theriaca est fortis in virtute, infundit se ad venenum, ut ipsum extra transmittat, sicut natura extrahendo anhelitum comunicat se atomis, seu partibus corruptis, ut ipsas expellat; sed si theriaca est debilis, venenum expellit partes theriacæ, quæ non sunt de sua specie, & cum aliis se componit & conjungit, & sic venenum remanet in subjecto, & subjectum moritur, aut periclitatur.

## QUÆSTIO DECIMA.

### QUOMODO MEDICVS DEBET GRADARE Medicinam.

1. **S**upposito, quod infirmitas sit naturæ de B., Medicus debet gradare decoctionem, syrupum, medicinam, emplastrum, & hujusmodi, modo, qui sequitur: In principio debet Medicus discurrere per figuram, & habere notitiam de materia, de qua vult facere decoctionem, scilicet de planta, & hujusmodi, quomodo sit gradata: Unde si infirmitas sit in primo gra-


gradu, debet Medicus gradare medicinam cum plantis quæ sunt gradata in secundo, & primo gradu; & si infirmitas sit in secundo, debet ipsam gradare de plantis, quæ sint in tertio, secundo, & primo gradu; & si sit in tertio gradu, debet ipsam gradare de plantis existentibus in quarto, tertio, secundo, & primo gradu; & si infirmitas sit in quarto gradu, debet ipsam medicinam gradare de plantis existentibus in quarto, tertio, & secundo gradu; & hoc est quia quanto infirmitas est in fortiori gradu, tantò fortiori decoctione indiget.

2. Supposito, quòd infirmitas sit ratione B., & sit in quarto gradu, tunc Medicus debet accipere unam medicinam, scilicet unam plantam, quæ sit in quarto de D. & aliam, quæ sit in quarto de C.; & quia D. vincit C., ut patet in camera de D C., & C. vincit B., ut apparet in camera de B C.; sic per istum medium D. vincit B.; & G. vincit E.; & H. vincit F.

3. Præterea, quia A. & B. concordant, & etiam A D., debet Medicus in eadem decoctione ponere unam medicinam de complexione de E. in tertio gradu humiditatis, ut A. sit medium, per quod B. intret in D., & quòd D. cum suo quarto gradu, & cum gradu de C. mortificet ipsum B. in H.; & hoc ista ratione debet fieri, quia nisi in prædicta decoctione esset planta de complexione de E., non posset B. accedere ad D., nec D. ipsum B. mortificare in se ipso.

4. In eadem decoctione indiget Medicus aliquam plantam de complexione de F. in secundo gradu, ut per illam possint alii gradus misceri extensive cum infirmitate, sine qua planta non posset fieri mixtio de complexione de F. cum gradibus, & infirmitate; deficiente medio de complexione de F.; & sic secundum prædicta Medicus debet gradare Medicinam de contrariis, & concordantibus, secundum hic datam de hoc doctrinam.


5. Secundum doctrinam antedictam debet Medicus gradare dietam, cibum, potum, balneum, vapores, & hujusmodi: secundum ea etiam, quæ exemplificavimus in decem quæstionibus, potest Medicus praticare, quia quæstiones positæ sunt in hac Arte, ut sint universales regulæ quo ad praticam; sicut supposito, quod Homo patiatur dolorem, patet ex iis, quæ dicta sunt, quod ipse patitur, eò quod una litera non potest intrare in aliam debito modo, ut quia pori sunt clausi, aut quia nimis aperti sunt, & sic patitur nimis in illa regione, secundum quam patitur homo sub illa, quæ sibi est in opposito, & idem est de Hectico, & Hydropico, & sic de aliis infirmitatibus, contra quas Medicus agere potest secundum doctrinam datam in Quæstionibus, in Tabula, in Circulo, & Horis; ita quod ad dolorem potest dare remedium in gradando, ut de theriaca, rheubarbaro, & aliis dictum est; Thifico, & Hydropico potest dare remedium per decoctiones, vel cauterium, aut syrupum, & hujusmodi. Explicet Ars Medicinæ ad laudem, & honorem Dei Omnipotentis.



In hac parte tractabitur de  
 modo componendi et  
 conservandi remedia  
 quae sunt in officina  
 Pharmaceutica.

De modo componendi  
 remedia sunt tria  
 genera. Primum est  
 simplicium, secundum  
 simplicium et simplicium  
 mixtura, tertium est  
 simplicium et simplicium  
 mixtura.

De modo conservandi  
 remedia sunt tria  
 genera. Primum est  
 simplicium, secundum  
 simplicium et simplicium  
 mixtura, tertium est  
 simplicium et simplicium  
 mixtura.



ILLUMINATI DOCTORIS, ET MARTIRIS BEATI  
Raymundi Lulli Liber de Regionibus Sanitatis,  
& Infirmittatis.

# DEUS

CVM VIRTUTE TVA, ET BENEDICTIONE  
tua incipit Liber de Regionibus Sanitatis,  
& Infirmittatis.

## PROLOGVS.



UONIAM scientia Medicinæ est multum difficilis, qui sua principia sunt valde secreta, ideo sua principia generalia investigare volumus; & hoc cum principiis Artis generalis, cum quibus omnia principia perfectarum scientiarum inveniri possunt.

Dividitur autem iste Liber in tres distinctiones. *Prima* est de regionibus inferioribus, videlicet elementorum, & corporum hominis patientis. *Secunda* est de regionibus corporum cœlestium. *Tertia* est de quæstionibus: unde habitâ notitiâ de istis tribus distinctionibus, sciendo principia hujus Libri, facilius, clarius, & etiam brevior erit studentibus Medicina.

Insuper, hujus voluminis, sive Libri Alphabetum scire oportet cordetenus; per quod alphabetum.


A.

A. vocamus, Aërem.	E. Humiditatem, & Caliditatē.
B. Ignem.	F. Caliditatem, & Siccitatem.
C. Terram.	G. Siccitatem, & Frigiditatem.
D. Aquam.	H. Frigiditatem, & Humiditatē.

Nisi autem istud alphabetum foret, non esset Studentibus intelligibilis Liber ista.

## DE PRIMA DISTINCTIONE.

i. **P**rima Distinctio continet in se primam Figuram, ut hic patet.



Ista verò habet duos circulos, videlicet minorem, & majorem: circulus major significat motum octavæ spheræ; minor autem, motum septem Planetarum; & ratio hujus est, quia circulus major mobilis est ab oriente in occidentem; minor verò è converso ab occidente in orientem; & secundum istos duos motus, est motus corporis humani, naturaliter, & elementaliter constitutum, quia superiora corpora movent inferiora naturaliter, & idcirco, quia isti duo circuli petentes motus ad invicem, sibi obviant, causant compositionem, & mixtionem in inferioribus.

2. Quilibet autem istorum circulorum continet octo domos ut apparet.

Regio de A. usque ad B. se extendit &

---

Regio de B. usque ad C. se extendit &

---

Regio de C. usque ad D. se extendit &

---

Regio de D. usque ad A. se extendit &

---

Regio de A. est à matutinis usque ad tertiam, & vocamus Mane. &

---

Regio de B. est à tertia usque ad vesperam, & vocamus Meridiem. &

---

Regio de C. est à vespere usque ad primum somnum, & vocamus occasum Solis. &

---

Regio de D. est à primo somno usque ad matutinum, & vocamus mediam noctem. &

---

3. Istæ quatuor regiones causant quatuor tempora anni, scilicet.

Regio de A. causat Ver.      Regio de B. causat Æstatem.

---

Regio de C. causat Autumnum.      Regio de D. causat Hyemem.

---

4. Domus de A. habet unum A. sub alio; & sic de domo de E. &c.; & istæ domus non attenduntur in hac prima figura, eò quia in ipsis idem figurat A.; sed domus de A E., & de B F., recipiuntur in hac figura, eò quia diversa significata habent.

5. Regio de A. habet sex horas: tres habet in conspectu E., & tres in conspectu H.; & prima diei est in conspectu A E., & ultima noctis in conspectu H A. & idem est de sex horis de B., & de sex horis de C., & de sex de D.. Istæ viginti quatuor horæ causant regiones diei naturalis, & habent talem naturam, sicut regiones de A B. &c.

## CAPVT I.

### DE REGIONIBVS, ET CIRCVLATIONE;

& primò

#### *De Prima Circulatione.*

1. **I**N prima figura fiunt septem circulationes, quæ causant septem dies in septimana, & sunt causatæ à septem planetis. *Prima* circulatio fit ascendente domo de E. circuli minoris, usque ad domum de A. circuli majoris; & sic de B. ad E., F. ad B., C. ad F., G. ad C., D. ad G., H. ad D., & A. ad H.; & quod est secundum nos ascensio, est secundum antipodes descensio, & è contra.

2. Domus de A E. est regio sana, quia A. est humidum, & calidum.

---



Domus de BF. est regio sana, quia B. est calidum, & siccum.

---

Domus de CG. est regio sana, quia C. est siccum, & frigidum.

---

Domus de DH. est regio sana, quia D. est frigidum, & humidum.

---

In istis quatuor domibus consistit sanitas, quia in qualibet domo una littera concordat cum alia per qualitates, secundum quod in alphabeto significatum est.

3. Domus verò de EB. &c. sunt improprie sanæ, videlicet in parte sanæ, & in parte infirmæ: Sanæ, in quantum concordant, & infirmæ, in quantum discordant, ut E. & B. quæ concordant per caliditatem, & discordant per humiditatem, & siccitatem; & quia plus sunt duæ caliditates per concordantiam, quam humidum, & siccum per contrarietatem; ideo domus de EB. est magis sana, quam infirma; & quia Ignis est per se calidus, & Aer per accidens, est Ignis in tali domo dominus, & Aer subditus; & quia Ignis est siccus per siccitatem, & siccitas cum caliditate concordantiam habet, est siccitas in tali domo domicella, & humiditas ancilla.

4. Domus de FC. est in parte sana, & in parte infirma: Sana per duas siccitates, quæ concordant; infirma per calidum, & frigidum, quæ discordant; & sic Terra per siccitatem est Regina; & quia frigiditas concordat cum siccitate terramque componit; frigiditas est domicella, & caliditas ancilla.

5. Domus de GD. est in parte sana, & in parte infirma: Sana ex parte duarum frigiditatum; infirma ex parte humiditatis, & siccitatis; & sic Aqua est Regina, & humiditas domicella, & siccitas ancilla.

6. Do-

6. Domus de H A. est in parte sana, & in parte infirma: Sana per concordantiam duarum humiditatum, & infirma per contrarietatem caliditatis, & frigiditatis; & quia sunt duæ humiditates, est Aer Dominus, & aqua subditus; & sic humiditas est Regina, caliditas domicella, & frigiditas ancilla.

7. Per istam primam regionem & circulationem domorum, est causata prima sanitas in corpore humano & est actu, ut patet per sensum; & quia infirmitas non est ita magna, sicut sanitas, in ipsa regione, est insensibilis, & sua sensibilitas est in potentia.

## CAPUT II.

### DE REGIONIBVS SECUNDÆ CIRCULATIONIS.

1. Prima domus secundæ circulationis est de A B., secunda de E F. &c., ut patet in figura,volvendo circulum minorem in majorem, ponendo B. sub. A. & F. sub. E. &c.

2. Domus de A B. est in parte sana, & in parte infirma; sana per duas caliditates, unam per B, & aliam per A.; & est magis sana per B., quia est per se calidum, quàm per A., quod est calidum per accidens; & quia siccitas vincit A. comunicando se ad B.; & B. etiam vincit A. comunicando ei suam caliditatem; ideo siccitas in ipsa domo est domicella, & humiditas ancilla, & caliditas est Regina.

3. In domo de E F. est F. dominus, & E. subditus, & ratio est propter duas caliditates, unam scilicet propriam per F., & aliam appropriatum per E.; & quia proprium dicit plus, quàm appropriatum, ideo caliditas est Regina, siccitas domicella, & humiditas

an-

ancilla ; & causant in ipsa domo infirmitatem per contrarietatem inter proprium , & appropriatum ; & caliditas ignis , & aëris causant sanitatem per concordantiam.

4. In domo de BC. est C. dominus & B. subditus, quia C. causat siccitatem in B. , & B. nihil causat in C. , & sic siccitas est Regina ; & quia frigiditas causat se ipsam in C. , & C. vincit B. , est frigiditas domicella , & caliditas ancilla , supposito tamen quòd C. sit in sua regione , quia in meridie B. est Regina.


5. In domo de FG. , G. vincit F. per duas siccitates , unam propriam , & aliam appropriatam ; & frigiditas est domicella , & caliditas ancilla ; Regina verò est siccitas ipsa.

6. In domo de CD. , D. vincit C. , quia D. est per se frigidum , & C. per accidens ; unde sequitur, quòd frigiditas sit Regina , humiditas domicella , & siccitas ancilla.

7. In domo de GH. , H. vincit G. , quia H. per se est frigidum , & D. per accidens ; & sic H. est Regina per duas frigiditates , & humiditas est domicella , & siccitas ancilla.

8. In domo de DA. est A. dominus , & D. subditus : A. scilicet per propriam humiditatem , & D. per appropriatam , & caliditas est domicella , & frigiditas ancilla.

9. In domo de HE. , E vincit H. per propriam humiditatem ; ideo humiditas est Regina , caliditas domicella , & frigiditas ancilla.



CA-

## CAPUT III.

DE REGIONIBVS TERTIÆ CIRCVLATIO-  
nis.

1. **P**Rima domus istius circulationis est de A F. &c. In domo A F. est F. dominus, & A. subditus; & ratio est, quia F. est calidum per se ipsum, & A. per accidens; & sic sequitur, quòd siccitas est domicella, quia convenit cum F., & humiditas ancilla, quia convenit cum A.; tamen A. non est multum subditus, quia est in sua regione, non verò F.

2. In domo de E C., E C. sunt æqualiter contraria; sed quia E. est in sua regione, & C. est in regione de E., est E. dominus, & C. subditus.

3. In domo de B G., est B. dominus, & G. subditus; quia G. est peregrinum.

4. In domo de F D., est æqualis contrarietas per calidum, & frigidum, per siccum, & humidum; veruntamen quia F. est in regione sua, D. verò non, F. est dominus, & D. subditus, & siccitas non est multum domicella, nec humiditas ancilla.

5. In domo de C H., est C. dominus, & H. subditus; & ratio est, quia C. per se ipsum est siccum in sua regione, & H. est peregrinum, & frigiditas est domicella, & humiditas ancilla.

6. In domo de G A. est æqualis contrarietas, per humidum, & siccum, calidum, & frigidum; sed G. est dominus, quia est in sua regione, & A. non; & sic frigiditas non est multum domicella, nec caliditas ancilla.

7. In domo de D E., est E. dominus naturaliter; sed in quantum peregrinum, non; & est dominus naturaliter, quia habet humiditatem propriam, D. verò per accidens.

8. In domo de H B. est æqualis contrarietas per calidum, & frigidum, per humidum, & siccum; sed quia H. est in sua regione, B. verò non, est H. dominus, & humiditas non est multum domicella neque pari modo caliditas multum ancilla.

## CAPUT IV.

### DE REGIONIBVS QVARTÆ CIRCVLATIONIS.

1. **P**rima domus istius circulationis est de A C. in qua est æqualis contrarietas per calidum, & frigidum, & per humidum, & siccum; sed quia C. non est in sua regione, & A. est in sua, est A. dominus, & C. servus, non tamen multum.

2. In domo de E G. est æqualis contrarietas per calidum, & frigidum, & per humidum, & siccum; quia tamen E. est in regione sua, G. verò non; est E. dominus, & G. servus, tamen non multum.

3. In domo de B D. est æqualis contrarietas per calidum, & frigidum, & humidum, & siccum; sed quia B. est in sua regione, D. verò non; est B. dominus, & D. servus, & siccitas est domicella, & humiditas ancilla.

4. In domo de F H. est æqualis contrarietas, quia verò F. est in sua regione, est dominus, non verò H.; & siccitas est domicella, & humiditas ancilla, tamen non multum.

5. In domo de C A. est æqualis contrarietas per humidum, & siccum; sed quia C. est in sua regione, A. verò non, quia est stella errans, est ideo C. dominus, A. verò servus, tamen non multum.

6. In domo de G E. æqualis contrarietas invenitur per humidum, & siccum, & per calidum, & frigidum, sed

sed quia G. est effectus octavæ spheræ, & E. Jovis, est G. dominus, & E. servus.

7. In domo de DB. est æqualis contrarietas per calidum, & frigidum, & per humidum, & siccum; & quia D. tendit ad naturā Mercurii, & B. ad naturam Martis, est D. dominus, & B. subditus, sive servus ratione nobilitatis regionis, dominus tamen, & subditus non sunt in magna contrarietate ratione æqualis contrarietatis supradictæ.

8. In domo de HF. est æqualis contrarietas per calidum, & frigidum, & per humidum, & siccum; sed quia H. est de natura Tauri, & F. Martis, H. est dominus, & F. servus, ratione nobilitatis regionis; dominus tamen, & servus non sunt in magna contrarietate.

## CAPUT V.

### DE REGIONIBVS QVINTÆ CIRCVLATIONIS.

1. **P**rima domus istius circulationis est de A G. secunda de E D. &c. In domo de A G. est æqualis contrarietas per humidum, & siccum, & per calidum, & frigidum; sed quia A. est in nobiliori regione, quàm G., est A. dominus, & G. servus, tamen non multum.

2. In domo de E D. est E. dominus per propriam humiditatem, & D. servus per appropriatam; & caliditas est domicella, & frigiditas ancilla, ut in tertia circulatione dictum est.

3. In domo de BH. est æqualis contrarietas per calidum, & frigidum, & per siccum, & humidum, ut in tertia circulatione dictum est.

4. In domo de FA., F. vincit A., ut in tertia circulatione dictum est.

In

5. In domo de CE. est æqualis contrarietas, ut jam dictum est; unde eadem ratione altioris regionis C. est dominus, & E. servus.

6. In domo de GB., G. vincit B., ut dictum est in tertia circulatione.

7. In domo de DF. est æqualis contrarietas ut jam dictum est; sed hinc ratione altioris regionis D. est dominus, & F. servus.

8. In domo de HC., H. vincit C., ut dictum est in tertia circulatione.

## CAPVT VI.

### DE REGIONIBVS SEXTÆ CIRCULATIONIS.

1. **P**Rima domus istius circulationis est de AD. &c. In domo de AD., A. vincit D., ut dictum est in secunda circulatione.

2. In domo de EH., E. vincit H., ut dictum est in secunda circulatione.

3. In domo de BA., B. vincit A., ut in secunda circulatione dictum est.

4. In domo de FE., F. vincit E., ut in secunda circulatione dictum est.

5. In domo de CB., C. vincit B., ut dictum est in secunda circulatione.

6. In domo de GF., G. vincit F., ut in secunda circulatione dictum est.

7. In domo de DC., D. vincit C., ut in secunda circulatione dictum est.

8. In domo de HG., H. vincit G., ut dictum est in secunda circulatione.

## CAPVT VII.

DE REGIONIBVS SEPTIMÆ CIRCVLATIO-  
nis.

1. **P**rima domus istius circulationis est de A H. &c. In domo de A H. , A. vincit H. , ut in prima circulatione dictum manet.

2. In domo de E A. est æqualitas , ut dictum est in prima circulatione.

3. In domo de B E. , B. vincit E. , ut in prima circulatione dictum est.

4. In domo de F B. est æqualitas , ut in prima circulatione dictum est.

5. In domo de C F. , C. vincit F. , ut in prima circulatione dictum est.

6. In domo de G C. est regio sana , ut in prima circulatione dictum est.

7. In domo de D G. , D. vincit G. , ut in prima circulatione dictum est.

8. In domo de H D. est æqualitas , ut in prima circulatione dictum est.

9. Dictum est de regionibus septem circulationum , in quibus per domos earum sunt significatæ regiones sanitatis , & infirmitatis ; & nulla regio sanitatis neque infirmitatis extra illas domos esse potest , eò quia sunt generales ad omnes regiones sanitatis , & infirmitatis ; & corpora cælestia non possunt causare sanitatem , nec infirmitatem in aliis regionibus ; & si infirmus debet curari , est curabilis in istis circulationibus , & si non , curabilis non est ; & si fiat v. g. circulatio de E A. non valet , quia similis est prædictæ primæ circulationi , quoniam viginti quatuor horæ diei non possunt habere motum extra prædictas septem



tem circulationes; imò, sicut cristallus se colorat de illo colore subjecti, in quo posita est, & sic de Aère colorante se de luce; (ut in *Libro de Lumine* diximus) ita horæ dici sicut etiam appetitus Infirmi, & sic de aliis circumstantiis sanitatum & infirmitatum, ut febres, pulsus, & urinæ, recipiant similitudines, & impressiones regionum supra dictarum; unde cum ita sit multum est utile Medico scire, & perfectè habere notitiam de predictis domibus, pro ut de ipsis dictum est.

## CAPVT VIII.

### DE CVRATIONE INFIRMORVM.

1. Sicut significavimus in domibus supra dictis sanitatis & infirmitatis generaliter, sic Medicus potest facere curas tribus modis generaliter, scilicet curare per similia, & per contraria, & per compositionem; per similia sic, videlicet, si infirmus est in domo de A E. primæ circulationis, & infirmitas est de complexione de D H, & patiens est de complexione de G C., debet Medicus dare medicinas de complexione de A E., ut cum sua regione & morbo convenientiam habeant.

2. Si cura fiat per contrarium, debet fieri isto modo, scilicet, si infirmitas est propter nimiam abundantiam, sicut si A E. habent nimiam abundantiam in qua sunt, debet Medicus multiplicare C G. in cibariis, & electuariis in regione eorum, ut in illa regione A E. potestatem habere non possint, neque transire ad domum de D G. primæ, & septimæ circulationis.

3. Tertius modus circulationis est compositus de convenientibus, & contrariis, sicut, si supponatur quòd infirmitas sit per domum de B C. secundæ circulationis,

nis, & hos propter nimiam abundantiam siccitatis, debet Medicus administrare per H A. & per D H. contra domum de B F. & de F C. primæ circulationis; ita quòd domus de H A. contra domum de B F., & domus de D H. multiplicentur contra domum de F C.

## CAPUT IX.

### DE SEXDECIM ELECTVARIIS GENERALI- bus.

1. **Q**uatuor sunt elementa, scilicet A.B.C.D., & quatuor sunt qualitates, scilicet E.F.G.H., & ideo possunt fieri sexdecim electuaria generalia isto modo scilicet, sub domo Ignis. sunt quatuor species graduum caloris in subjectis, in quibus sunt; pro ut Piper, quod est calidum in quarto gradu, siccum in tertio, humidum in secundo, & frigidum in primo; & est etiam alia species, sicut cinamomum, quòd est calidum in tertio, siccum in secundo, humidum in primo, & frigidum in gradata, hoc est quòd habet tres partes minutas frigiditatis, & deficit una. Est, & alia species sive planta, ut foeniculum, quod est calidum in secundo, siccum in primo, humidum in tribus partibus minutis, & frigidum in gradu medio. Et est alia species, sive planta, sicut anisum, quod est calidum in primo gradu, & habet de gradu siccitatis tres partes minutas, & habet de gradu humiditatis duas partes, & de gradu frigiditatis unam partem minutam, deficientibus ei tribus partibus minutis frigiditatis.

2. Per istas quatuor plantas prædictas, & per alias similes istis, se extendit regio Ignis, in qua regione ipse est dominus; & sicut diximus de regione de B; ita de regione de A., & de D., & de C. intelligi potest.

Po-

3. Potest Medicus facere unum electuarium de unâ planta calida in quarto; & de alia humida in quarto; & quia B. vincit A., in illo electuario B. erit dominus, A. verò subditus, dominium tamen erit temperatum, & servitus temperata, & illud electuarium erit bonum in domo de A B. ratione concordantiæ inter calidum, & calidum, & erit cura contra C D., quæ causant infirmitatē per nimiā abundantiam in domo de A B.; & si in domo de A B. patitur plus A., quā B., debet Medicus facere unum electuarium, quod sit de unâ planta humida in quarto, & de alia quæ sit calida in tertio, ut quartus gradus reprimat tertium contra domum de B F.; & si adhuc B. est nimis forte per siccitatem contra A., debet Medicus facere unum electuarium de una planta humida in quarto gradu, & de una calida in secundo, & sicca in primo, & hoc contradictam domum de B F.: & si adhuc non sufficit, signum est, quod B. est nimis forte; & tunc Medicus potest facere unum electuarium de una planta humida in quarto, & de alia calida in primo, ingradata per siccitatem, humiditatem & frigiditatem, & dare patienti contra domum de B F.; & si adhuc remanet infirmitas, & B. non est domesticatum per amicitiam, quam habet cum A. per caliditatem, debet Medicus miscere illa quatuor electuaria, & componere cum ipsis unum electuariū, & dare patienti, & tunc erit domesticatum B. per siccitatem, & erit concordantia inter B. & A. contra domum de B F.; & si adhuc non valet, debet Medicus facere unum electuarium de una planta humida in quarto, & de alia frigida in quarto multiplicando domum de A H. quæ est in conspectu de E B.; & quia A. vincit D., & D. vincit C., & C. vincit B., oportet quod vincatur per domum de A H. domus de B F.; & si adhuc non valet, debet Medicus multiplicare domum de A H. in quatuor electuariis pertinentibus tali do-

domui, & tunc patiens curabitur, si curabilis est; & si non, signum mortis est.

4. Sicut dedimus exemplum de quatuor electuariis de dominio de A B.; sic de aliis quatuor de dominio de A H.; sic de D E. & sic de C B. dicendum est, & de aliis, in quibus dominantur aliæ domus.

5. Per ista sexdecim electuaria decurrunt omnes curæ, & medicinæ, quæ possunt esse per A. B. C. D. & per E. F. G. H.. Iterum per ista electuaria posset homo habere experientiam de gradibus infirmitatum, & etiam de gradibus rerum medicinalium in decoctionibus, videlicet, si B., & sic de aliis, causat infirmitatem quo ad quartum gradum, aut tertium; aut secundum, aut primum; si infirmitas est in quarto gradu de B. patienti detur quartus gradus de D. contra B.; & si non valet, addatur quartus de A., ut adjuvetur D., ut domus de A H. destruat domum de B F., & de hoc supra data est doctrina.

6. Medicus debet prædicta electuaria habere in promptu, ut subito infirmitatibus resistere possit; & talis doctrina est valdè utilis, & facilis scientibus istum librum, quia de domibus suprædictis, sine ista arte, notitiam habere non potest, quæ supra dicta Ars erit bonus thesaurus Pauperum.

## CAPUT X.

### DE REGIONIBVS FEBRIVM.

1. Quatuor sunt Febres, scilicet *Quotidiana*, *Tertiana*, *Quartana*, & *Continua*; Quælibet autem istarum quatuor habet suam regionem explicitè, scilicet *Quotidiana* per domum de D H.: *Tertiana* per domum de B F.: *Quartana* per domum

num de C G. & *Continua* per domum de A E. dicimus tamen, quòd possibile est continuam acutam esse de domo B F. per accidens.

2. Regio tertianæ tendit de B F. usque ad A E., & ad C G., & habet unum triangulum habentem duas lineas concordantes, & unam contrariam; concordantem unam de B. usque ad A. per caliditatem, & aliam de B. usque ad C. per siccitatem; per contrarietatem verò aliam de C A.. Et in isto triangulo B. est dominus; & causat tertianam, si B. nimis influit caliditatem in A., & minus recipit siccitatem à C.; quia linea de A C. non potest sustentare illam nimiam abundantiam intemperatam, & de sanitate est alterata in infirmitatem, & corruptionem, & sic B. est causa tertianæ; & dicitur Tertiana, quia in uno die est intensa infirmitas, & in sequenti die est extensa; & si B. abundat nimis in A. per caliditatem, tertiana intensa consistit per caliditatem, & extensa, sive invisibilis, per siccitatem; & sic multiplicatâ tertianâ per domum de C F. sequitur duplex tertiana; & tanta potest esse multiplicatio, quòd domus de B F. habeat dominium per omnes domos, & regiones, & sic alteratur duplex tertiana in continuam; & contra talem infirmitatem data est doctrina in regione primæ circulationis, & de aliis circulationibus; & hoc cum tali doctrina, & de sexdecim electuariis.

3. Si tertiana primâ die est sensibilis in domo de B F., malum signum est, quia B. est nimis forte contra D., & F. contra H.; & si tertiana oritur in domo de D H., bonum signum est, quia fuit causata in domo de B F., & non fuit sensibilis per alios domos, imò impedita; & si non est crisis in domo de D H., & transit ad domum de D G., fiet duplex, & si post transit ad domum de G C., & post ad domum de C F., malum signum est, quia nimis est vicina ad domum de B F., in qua

qua duplicari potest, si in ipsam transit; & si transit, signum mortis est; & si non transit, signum vitæ est, & fortitudo frigiditatis per C. significata est.

4. Diximus de tertiana, & per hoc, quod de ipsa diximus, data est doctrina de regionibus aliarum febrium, & de cursu earum: breviter de hoc tractamus, quia doctrina, quam dedimus, intelligibilis est scientibus istam Artem.

## CAPUT XI.

### DE REGIONIBVS PVLVVVM.

1. **P**ulsus tertianæ habet illas supradictas regiones, quas habet tertiana, quia ignis abundat in forma, & habet magis comparative de igne quàm de aliis elementis; causat pulsum velociorẽ, & breviorẽ, & magis acutum quàm alia elementa, & est durus per siccitatem, & acutus per caliditatem, & habet duos motus, unum influxivum tendentem ad manum, alium refluxivum tendentem ad cubitum: influxivus est major, quia sua causa est caliditas; refluxivus est minor, quia sua causa est siccitas: in ipso pulsu sunt alii duo motus, unus per humiditatem, & alius per frigiditatem, sed sunt insensibiles; & si habent fortitudinem aliquam, explanant angulum acutum in partem duriorẽ pulsus, & significant sanitatem, & si hoc non faciunt, malum signum est.

2. Pulsus causatus per febrem continuam, quia ex parte acutus, habet illas regiones, quas continua, & habet motum planum, longum, mollem, habentem angulum obtusum, & ratio hujus est, quia est impletus, & mollis contra duritiem terræ, & tardus respectu motus ignis; & si est compositus ex pulsu tertianæ & ex se ipso

ipso ; bonum signum est ; si verò non, malum signum est, ratione abundantia concordantia inter ignem, & terram contra domum de D H.

3. Pulsus phlegmaticus habet illas regiones, quas habet quotidiana phlegmatica, & est tardus ratione gravitatis aquæ, & terræ; & est plenus, quia phlegma humidum est; & est crassus, quia aqua est restrictiva; & facit angulum obtusum, & longum contra angulum de pulsu cholerae, quia contra ignem est.

4. Pulsus quartanae, qui est de genere melancholicae, habet tot regiones, quot habet febris quartana per siccitatem, & frigiditatem, & dicitur continuus, quia durat suus motus & est crassus per aquam, quæ est restrictiva; & longus per terram, quæ est evacuativa, infundendo suam siccitatem igni, ut habeat materiam, in qua sit diffusus, & dispersus: suus angulus est obtusus, & durus.

5. Dicitur est de pulsibus, & per hoc, quod dictum est de ipsis, potest Medicus habere notitiam de pulsu simplici, sive composito, supposito tamen, quod de domibus notitiam habeat, secundum quod diximus in capitulo de circulationibus.

## CAPUT XII.

### DE EVACUATIONE, ET REPLETIONE.

**I**N isto capitulo dicemus de evacuatione, quæ fit per dietam, phlebotomiam, balneum, vomitivum, & medicinam laxativam; Talem enim evacuationem scies facere habitâ notitiâ de domibus; sicut (Exempli gratia) in domo de A B., in qua humiditas est ancilla, & siccitas est domicella, tamen non multum, quia B. est peregrinum, & sic de aliis domibus suo modo,

Medicus debet evacuare domicellam cum domo de A D., & replere ancillam cum domo de E H. per illum modum, quem dedimus de electuariis in capitulo de Curatione.

## CAP V T XIII.

### DE REGIONIBVS VRINARVM.

1. **Q**uatuor sunt elementa simplicia, & in quantum sunt simplicia, sunt invisibilia, sed apparent in elementatis, quæ sunt ex ipsis; & sicut sunt invisibilia per essentias, ita sunt colores simplices eorum invisibiles, sed apparent in coloribus compositorum.

2. Color proprius de A. est diaphaneitas, & hoc significatum est per Aërem luce illuminatum, & per cristallum, quæ ratione suæ diaphaneitatis, recipit colorem subjecti, super quod posita est, & sic de vitro recipiente colorem vini rubri, & sic de diaphaneitate glaciæ, & aquæ, recipientium umbras, & colores subjecti, super quod positæ sunt.

3. Color de B. est luciditas, & ratio est, quia cum luce lucificat aërem, & ceræ, & hoc facere non posset, nisi lux esset ei color.

4. Color de C. est nigredo, ut significatum est per carbonem, & per umbram, sive tenebram.

5. Color de D. est albedo, ut significatum est per lac, lilium, & nivem.

6. Isti quatuor colores sunt generales, & ex ipsis sunt alii colores compositi; & sic sunt graduati sicut quatuor qualitates elementales; quia, sicut piper est in quarto gradu caliditatis, sic color solis est in quarto gradu luciditatis; Lux ignis in tertio; Lux aë-

ris



tis in secundo; Lux verò cristalli in primo; & sic de aliis coloribus suo modo: Unde sequitur, quòd in variis coloribus est graduatio, quandoque in quarto, quandoque in tertio &c. & de istis gradibus volumus loqui & exemplificare per regiones domorum, secundùm quòd de ipsis dictum est in rubricis de septem circulationibus regionum, & hoc per primam circulationem exemplificare volumus.

7. Domus de A E. est sana, & quia est sana, representat colorem illius domûs, sicut effectus representat suam causam. Urina sana representat colorem illius domûs, quæ causat urinam sanam, & urina sana representat colorem illius domûs, sicut effectus suam causam. Urina sana in domo de A E. est lucida, & aurea per colorem ignis, & aëris, in quibus non apparent colores aquæ, nequæ terræ, & ratione distantia, quam habet domus de A E. à domo de C G. sibi opposita; sed si domus per infirmitatem alterata est, color domûs recipit colorem sanguinis, sicut crystallus quando posita est super colorem sive subjectum rubrum, & tunc significatum est, quòd domus est magis repleta, ex suis propriis qualitatibus, & motus sanguinis impeditus est, & patiens indiget phlebotomiâ.

8. Domus de E B. significat urinam lucidam auream, tamen in parte intensam, & in parte umbrosam, ratione terræ infundentis in B. suam siccitatem, in qua ignis colorat diaphaneitatem: talis urina infirma est, quia diaphaneitas est ancilla, & nigredo domicella, & luciditas regina.

9. In domo de B F. est urina infirma propter nimiam abundantiam caliditatis, & siccitatis, & luciditas est multùm intensa, quia diaphaneitas recipit umbram terræ per nigredinem; domus tamen sana est per regionem quo ad se, sed si alterata est per nimiam choleram urina sana est alterata in infirmam; unde,

de, sicut qui miscet cum croco album, facit crocum album cum albedine, sic nigredo cum urina infirma facit contra coloris diaphaneitatem de se, ut luciditas sit umbrosa.

10. Si in domo de F C. est infirmitas, ut dictum est in prima circulatione, sicut est infirmitas in domo, ita urina infirma in ipsa domo est colorata, quia aqua vincit terram cum frigiditate, & terra vincit ignem cum siccitate; sed per accidens ratione infirmitatis sequitur alteratio in contrarium; & hoc per nimiam abundantiam, quam habet B. in ipsa domo, perdendo cum caliditate frigiditatem, & cum siccitate humiditatem, & sic urina remanet non multum clara, nec aurea, sed nigra contra albedinem, & spissa contra diaphaneitatem.

11. In domo de C G. est urina nigra per terram, sed clara per albedinem; sed quia terra est Regina, regnat nigredo contra albedinem, cum albedo, & nigredo sint colores contrarii; sed si albedo habet magnam concordantiam cum diaphaneitate, regnat brunum in ipsa domo compositum ex ipsa albedine & nigredine, adjuvante tamen luce contra nigredinem, quia cum diaphaneitate concordantiam habet.

12. In domo de G D. est urina alba per aquam, nigra per terram, & sic sequitur color brunus multum intensus, sed quia diaphaneitas habet concordantiam cum albedine, & cum luce, albedo vincit nigredinem cum ipsis, tamen non omnino, quia nigredo cum luciditate concordantiam habet per siccitatem.

13. In domo de D H. est urina alba & clara, sed si per infirmitatem est alterata, abundat nigredo, contra albedinem cum luciditate, & siccitas contra humiditatem, & umbra contra diaphaneitatem.

14. In domo de H A., regnat A. per humiditatem & patitur H. per frigiditatem, quia A. agit in D.

D. & non è converso; sed si alteratur domus per infirmitatem, colores C., & F. intrant colorando domum, & urina est confusa ex contrariis, quæ contraria noscuntur per colores variatos interpolatos.

15. Diximus de urinis modo significativo, & sicut de ipsis diximus per primam circulationem, sic dici potest per alias respectu modorum &c.

## CAPUT XIV.

### DE REGIONIBVS DIGESTIONVM.

**D**igestio fit in domo sana, & indigestio in infirma: In domo sana, sicut in domo de A E. per humidum, & calidum regnante contra domum de C G., sed si domus de C G. intrat domum de A E., C. alterat A., & G. E., & digestio de A E. est ancilla in sua domo, & per consequens indigesta sic per domum de C G.; sicut domus de D H. fit calida per domum de B F.; & sic Medicus debet conservare digestiones, impediendo, quod una domus non intret aliam domum per modum contrarietatis, sed per modum concordantia; & sic breviter talem doctrinam dedimus docendo, & scribendo; & veritatem longam dedimus artificiano, scientibus *Artem istam.*

## CAPUT XV.

### DE REGIONIBVS DOLORVM.

1. **C**Ausæ dolorum sunt duobus modis, & ad istos duos modos concurrunt omnes domi, capituli circulationis.

Pri-

2. Primus modus est respectu repletionis, quæ repletio impedit motus domorum, unius ad aliam, & sic clamant, per dolorem, instinctus, & appetitus naturaliter; sicut si in domo de A E. est alteratio per domum de C G., quia clamant A E. significativo modo per dolorem, sicut homo clamat adiutorium propter timorem, & sic Medicus debet aperire poros, ut motus non sit impeditus.

3. Secundus modus est per incisionem circuli, destruendo circulationem motûs per vulnera sive incisionem, & ista cura pertinet Medico de Chyrurgia, conjungendo partem cum parte, attrahendo unam partem ad aliam per concordantiam qualitatum, removendo contrarietatem impediendam conjunctionem; sicut removere domum de C G. à domo A E. multiplicando caliditatem contra siccitatem C G., ut revertatur linea continua in patientem, per quam transeant motus qualitatum, & subjecta earum, & instinctus, & appetitus non doleant.

## CAPUT XVI.

### DE REGIONIBVS APPETITIVVM.


I. **A**ppetitus est potentia generalis habens sub se plures species, sicut appetitus extensivus per regiones domorum; & quia domus sunt diversæ, causant diversos appetitus, sicut domus de A E. causat unum appetitum, & domus de B E. causat alium, quia E. sub A. est in sua regione, & B. sub E. non; unde sequitur, quòd unus appetitus est in una domo, & alius in alia; unus appetitus est per delectationem, & hoc quia est in domo sana; & alius per modum tristitiæ, & passionis, sicut in domo de B D., in qua

qua dolet D., eo quia est in regione de B., & appetit esse in domo de D.H., quæ est sua regio.

2. Appetitus unus est per potum, alius per cibum, alius per somnum, alius per repletionem, alius per evacuationem, alius per exercitium, alius per statum, & hoc apparet in conditionibus domorum, sicut in tertia domo quartæ circulationis significatum est; in qua ancilla appetit aquam, & domicella vinum, & sic de cibo, & aliis: in domo verò de D.B. est in contrarium.

3. Appetitus participat cum sensitiva, & cum imaginativa, eo quia potentiæ conjunctæ sunt, & sic appetitus disponit species potentiæ sensitivæ, & sensitiva imaginativæ, sicut in domo de B.D., in qua ancilla appetit plantas humiditas, & sensus significat imaginativæ species frigiditas, & humiditas, sicut fontes, umbras, uvas, lactucas, & sic de aliis. Sicut calor est inordinatus, & innaturalis, sic appetitus est inordinatus, & innaturalis quoque, sicut in domo de B.F., in qua abundat ignis per calidum & siccum, ita infirmus appetit vinum, & res calidas, & siccas, ut destruat ancilla per domicellam. Incontrarium est appetitus in domo de D.H.. Appetitus essentiam destruit, quia clauduntur pori, aut nimis aperiuntur, & sic cessat motus vitalis naturalis, & consumitur vita.

4. Dicitur est de appetitu; qui appetitus est lumen intellectui, ut cum ipso investiget causas in regionibus domorum, secundum illam doctrinam, quam dedimus.



## CAPUT XVII.

## DE MODO GRADVANDI MEDICINAS.

1. **I**N parte ista dabimus doctrinam, quomodo Medicus sciat graduare medicinas; & quia gradus naturaliter est insensibilis volumus ipsum significare per drachmas, sive per manipulos. Ponamus, quod Medicus faciat decoctionem de una planta, quæ sit de complexionem de A., & sit humida in quarto gradu, calida in tertio, frigida in secundo, & sicca in primo, & sic sunt in A. decem drachmæ; & illa planta misceatur cum alia, quæ vocetur B., & sit calida in quarto, sicca in tertio, humida in secundo, & frigida in primo, & sic erunt aliæ decem drachmæ; & quia B. vincit A., tres drachmæ caliditatis de A. transeunt ad quatuor caliditatis de B. & conjunguntur cum eis, quia plus appetunt stare in subjecto, in quo sunt propriæ qualitates, quam in appropriato, & sic evacuatum est A. de tribus drachmis, & augmentatum B., & hoc etiam est de prima drachma siccitatis de A., quæ transit ad tres drachmas siccitatis de B., eò quia appetit plus stare sub B., quàm sub A.; duæ drachmæ verò humiditatis, quæ sunt sub B., transeunt ad quatuor, quæ sunt de A., quia plus appetunt stare sub A., quàm sub B.; & una drachma frigiditatis de B. transit ad duas drachmas frigiditatis de A., quia non appetit stare sub suo inimico, & sic B. lucratus est super A. unam drachmam, & propter ipsam B. est dominus, & A. est subditus in illa decoctione, & per consequens B. sanum, & A. infirmum, quia per actiones est subditum.

2. Si vero ponatur alia planta, quæ vocetur D. in illa decoctione, & ipsa sit frigida in quarto, humida in tertio, sicca in secundo, & calida in primo, A.

vin-

vincit ipsum D., & lucratum est super ipsum tres drachmas humiditatis, & B. duas drachmas siccitatis, & unam caliditatis; D. tamen lucratum est tres frigiditatis unam de B., quam A. acquisiverat & duas de ipso A. & factum est simplex de composito, quod erat; & in isto passu patet, quomodo elementa componuntur, & discomponuntur; & quomodo unum est dominus, & aliud domicellus, & aliud servus; & apparet quomodo in illa decoctione B. habet quatuordecim drachmas; scilicet, octo caliditatis, & sex siccitatis; & A. habet novem drachmas humiditatis, & A. est factum incompositum, quia amisit caliditatem cum qua componitur, B. verò remanet compositum, eò quia habet octo drachmas caliditatis, & sex siccitatis, & sic est dominus, quia plus dicit ens compositum in elementatis, quàm simplex.


3. Si verò addatur tali decoctioni alia planta, quæ vocetur C., sicca in quarto, frigida in tertio, calida in secundo, & humida in primo, tunc B. amittit quatuor drachmas siccitatis, & A. & D. recuperant hoc, quod amiserant, & sic fit circulatio, & temperamentum ad justitiam cum pondere in ipsa decoctione, quia C. vincit B., & B. vincit A., & A. vincit D., & D. vincit C.; & sic fit circulatio, & talis circulatio causat temperamentum, & est licita in patiente, secundum infirmitatem, quam habet; si vero patitur per choleram minime quia destruitur illa circulatio, & vincit B. in illa decoctione; & sic, si patitur per melancholiam, vincit C., & sic de aliis.

4. Secundum quod dedimus doctrinam graduandi medicinas per quartum gradum, sic potest Medicus graduare per tertium, secundum, & primum; hoc est miscere quartum gradum de B. cum tertio gradu humiditatis de A; aut cum secundo, aut cum primo; aut graduare in tertio gradu caliditatis de B. & secundo


do siccitatis, cum tertio gradu humiditatis, & secundo gradu caliditatis de A.; & sic de D., & de C. ascendendo, aut descendendo ad placitum, quia talis ordo sequeretur suo modo, qui sequeretur de quatuor gradibus supradictis significatis per A. B. C. D., & hoc quandoque secundum pondus, & iustitiam; quandoque secundum proportionem & iustitiam: & habere notitiam de tali graduatione est multum utile, quia multa secreta revelat.

5. Sicut dedimus exemplum de mixtione de una planta calida in quarto gradu, & alia humida in quarto &c., sic fieri potest de duabus plantis calidis in quarto, & de duabus humidis in quarto &c.; aut de duabus calidis in quarto, & de una, aut de pluribus humidis in tertio, calidis in secundo; aut de duabus, aut pluribus calidis in tertio, siccis in secundo, humidis in primo & sic ad placitum. Doctrina hæc de gradibus connexa est cum illa de sexdecim electuariis supradictis.

6. Secundum quod supra diximus de mixtione; significatum est, quod Homo debet uti variis cibariis diversis in qualitatibus per A. B. C. D., non tamen per tres litteras, ut cibaria non veniant in simplicitate elementorum; sicut dictum est per mixtionem graduum de A. B. D. in qua A. & D. amittunt compositionem, per quam sequitur corruptio, & mors: & talis passus est multum notabilis, quia multum utilis est.













## DE SECUNDA DISTINCT.

&amp; primò

## DE DVODECIM SIGNIS.

## CAPUT I.

1. **I**N hac Distinctione, ista figura est divisa in octo circulos, ut patet per suam delineationem.

2. Circulus superior est de octava sphaera; *Secundus* est Saturni; *Tertius* est Jovis; *Quartus* Martis; *Quintus* Solis; *Sextus* Veneris; *Septimus* Mercurii; *Octavus* Lunæ. In figura ista, A. significat Aërem, & Aër significat E., & B. significat Ignem, & Ignis significat F.; & C. significat Terram, & Terra significat G., & D. significat Aquam, & Aqua significat H.

3. **I** Aries est diurnus, masculinus & mobilis, & suus Planeta est Mars.

4. **T**aurus est nocturnus, foemininus & immobilis & suus Planeta est Venus.

5. **G**eminis est mediocris, masculinus & diurnus, & suus Planeta est Mercurius.

6. **C**ancer est nocturnus, foemininus, mobilis & suus Planeta est Luna.

7. **L**eo est immobilis, masculinus, & diurnus, & suus Planeta est Sol.

8. **V**irgo est mediocris, nocturnus, & foemininus, & suus Planeta est Mercurius.

9. **L**ibra est mobilis, masculinus, & diurnus, & suus Planeta est Venus.

10. **S**corpio est immobilis, masculinus, & diurnus, & suus Planeta est Mars.

Sagi-

9 Sagittarius est mediocris, diurnus & masculinus, & suus Planeta est Jupiter.

10 Capricornus est mobilis, nocturnus, & foemini-  
nus & suus Planeta est Saturnus.

11 Aquarius est immobilis, diurnus, & masculi-  
nus, & suus Planeta est Saturnus.

12 Pisces est mediocris, foemininus, & nocturnus,  
& suus Planeta est Jupiter.

4. Omnes istæ domus, sive regiones significatæ  
sunt per A. B. C. D., & ipsæ domus causant domos in-  
feriores cum eis, quæ in se ipsis continent, supranom-  
minatis, scilicet *Aries diurnus* &c. & sic de aliis.

## CAPUT II.

### DE PLANETIS.

**S**aturnus est malus, plumbeus, diurnus; sua dies  
est sabbati. Jupiter bonus, stagneus, mas-  
culinus, diurnus; sua dies est Jovis. Mars malus, fer-  
reus, diurnus; sua dies est Martis. Sol mediocris, au-  
reus, masculinus, diurnus; sua dies est Dominica. Ve-  
nus bona, cuprea, foeminina, nocturna; sua dies est  
Veneris. Mercurius est A. B. C. D. masculinus, diurnus,  
mercurius vivus; sua dies est Mercurii. Luna bona, ar-  
gentea, nocturna; sua dies est Lunæ. Omnes isti pla-  
netæ & ea, quæ in ipsis continentur, significati  
sunt per A. B. C. D.; ipsi verò planetæ sunt  
regiones, & domus, quæ efectivè causant  
domos & regiones corporum ele-  
mentatorum, & eorum, quæ  
in se ipsis continent.

## CAPUT III.

## DE PROPRIETATIBVS LITTERARVM.

1. **A**er est humidus, & calidus, & est significatus per A., ut dictum est, & fortior est per humiditatem quàm per caliditatem, quia humiditas est sibi qualitas propria, & caliditas est sibi appropriata per ignem. Ignis est calidus, & siccus; calidus per se, & siccus per terram, & est significatus per B.. Aqua est significata per D., & est frigida & humida; frigida per se, & humida per Aërem. Terra est significata per C., & est sicca, & frigida; sicca per se, frigida per Aquam. Per istas proprietates, sive qualitates, agunt corpora cœlestia in inferioribus, sicut agens in effectu, non quod istæ qualitates sint stellis propriæ, sed sunt instrumenta earum, cum quibus agunt.

2. Duodecim signa, & septem planetæ habent formas innatas, & coessentialiales, sicut sunt bonitas, magnitudo, duratio, potestas, instinctus, appetitus, delectatio, differentia, concordantia, & contrarietas; (contrarietatem tamen propriè non habent, quia essent corruptibiles) & sic de principio, medio, & fine, majoritate, æqualitate, & minoritate; & cum istis principiis Artis generalis agunt in inferioribus, in quibus principia supradicta sunt coessentialia, & naturalia.

3. Aries dicitur diurnus, quia causat dies; masculinus èò quia causat in inferioribus masculinitatem; & dicitur quòd est mobilis, èò quia causat in inferioribus mobilitatem; & dicitur quòd Mars, est suus planeta, èò quia convenit cum ipso in qualitate.

4. Taurus dicitur quòd est nocturnus, èò quia

cau-

causat in inferioribus noctes, & dicitur foemineus, eo quia causat in inferioribus foemineitatem; & dicitur quod est immobilis, quia causat in inferioribus immobilitatem; & dicitur quod Venus est suus planeta, quia convenit cum ipsa in frigiditate, & sicut diximus de Ariete, & Tauro, ita intelligendum est de aliis signis suo modo.

5. Dicitur quod Saturnus est malus, quia causat in inferioribus malitiam; & dicitur quod est plumbeus, quia causat plumbum, & dicitur quod est diurnus, quia causat dies; & dicitur quod habet Sabbatum, quia causat ipsum; & sicut diximus de Saturno ita de aliis planetis intelligi potest.

6. Saturnus vincit Arietem, quia desiccatur ipsum, & hoc est, quia in Saturno, siccitas est propria qualitas, & in Ariete appropriata; dicimus propriam, & appropriatam respectivè ad inferiora, & non quo ad se ipsa, ut jam dictum est: Unde, sicut Saturnus vincit Arietem per siccitatem, sic vincit suam diurnitatem, masculinitatem, mobilitatem, & etiam suum planetam, quia omnia ista secum portant inaequalitatem elementorum; & sicut Saturnus vincit per siccitatem, sic vincit per suam malitiam, plumbeitatem, diurnitatem &c.

7. Aries vincit Jovem, & ratio est, quia B. vincit A., quia B. est per se calidum, & A. per accidens, & sicut vincit ipsum per caliditatem, vincit ipsum per diurnitatem, masculinitatem, mobilitatem &c.; & sicut in Jove est devicta sua

bonitas humiditatis, sic est devicta

sua bonitas stagnitatis, masculinitatis, diurnitatis; &

culinitatis, diurnitatis; &

sic de aliis.



## CAPUT IV.

DE CONIUNCTIONIBVS, ET REGIONIBVS  
Signorum, & Planetarum.

**I**N parte ista intendimus dicere quomodo unum signum vincit aliud, & vincit planetas, & planetae vincunt signa; & hoc facto applicabimus illas devictiones ad domos primæ figuræ per convenientiam domorum secundæ figuræ cum ipsis. In isto passu potest Medicus cognoscere, quomodo superiores figuræ generant sanitatem vel infirmitatem patientis, non quo ad animam, quia corpora cœlestia non habent potestatem supra animam, cum anima sit spiritualis incorruptibilis naturaliter habens libertatem ad eligendum hoc vel illud, vel ultimum, aut primum, & sic de aliis.

## CAPUT V.

## DE CONIUNCTIONE ARIETIS!

1. **C**onjuncto Saturno cum Ariete C. vincit B., & ratio hujus est, quia C. est siccum per se ipsum, & B. per accidens, & talis constellatio causat in prima figura domum de B C.

2. Conjuncto Jupitere cum Ariete B. vincit A. per se; quia B. est calidum per se, & A. per accidens, & si in illa conjunctione stat Saturnus, C. est devictum per caliditatem (quo ad frigiditatem) quia plus se habent duæ caliditates quàm una frigiditas; & quia C. per siccitatem vincit B., & B. vincit A., est humiditas ancilla, non verò caliditas, eò quia in illa constellatione sunt duæ siccitates, una de C., & alia de B.; sicque sunt  
duæ

duæ caliditates, una de B. alia de A.; & sic caliditas, & siccitas æqualiter regnant in illa cōstellatione; & frigiditas, & humiditas æqualiter patiuntur. Per talem autē cōstellationem causatur temperantia proportionaliter in domibus primæ figuræ, sicut in domo de B. C., adjuvante tamen A.; & ista cōstellatio causat in inferioribus numerum imparem, quia A. B. C. sunt litteræ impares.

3. Mars cum Ariete causat æqualitates in inferioribus, & per consequens numerum parem, ut significatum est per domum de B. B. in prima figura; sed si in illa cōstellatione stat Saturnus, dicitur devictus; & si in illa cōstellatione est Jupiter, etiam est devictus; & si sunt in ipsa cōstellatione Saturnus, & Jupiter, æqualiter sunt devicti.

4. Si Sol, & Aries sunt in conjunctione causant domum de B. B. in prima figura; & si in ipsa cōstellatione est Saturnus, devictus est, & sic, si Jupiter est in illa cōstellatione; & si ibi est Mars, sunt plus devicti, & hoc significatum est in domo de B. B. in prima figura. Intelligimus unum B. quo ad primam figuram, & aliud quo ad secundam ratione conjunctionum superiorum defluentium de inferioribus.

5. Conjunctus Aries cum Venere format temperantiam remissam in prima figura in domo de B. D.; & si in illa cōstellatione stat Saturnus devictum est C. per D.; & quia D. vincit C., & C. vincit B., ideo D. vincit B. cum C., & sic destruitur domus de B. D., & efficitur domus de C. D.; & ratio hujus est, quia Aries est magis devictus, quàm Saturnus. Si in illa cōstellatione est Jupiter, A. vincit C., & C. vincit B., & B. vincit A., & sic causant temperamentum in domo de A. B. primæ figuræ; sed quia in illa cōstellatione est D. & D. vincit C., & C. vincit B., & B. vincit A., regnat D., & per consequens domus de D. A.; sed si in illa cōstellatione

lacione

latione est Mars, destruitur camera de D A. & efficitur camera de B B. ; & ratio hujus est, quia duplicatum est B. in illa constellatione ; & hoc idem est, si Sol est in illa constellatione, & tunc nimis est ardua illa constellatio.

6. Si Mercurius est conjunctus cum Ariete tunc Mercurius est convertibilis, & per consequens sequitur domus B B. & si in illa constellatione est Saturnus, regnat Saturnus eò quia C. vincit B. : sed si in illa constellatione est Jupiter, regnat B. ; eò quia vincit A., & A. vincit C. ; sed quia C. vincit B. & B. vincit A., regnat C. ; & sic sequitur domus B C., & per consequens de A B., & tales domi causant proprietates in inferioribus ; sed si in illa constellatione est Mars mutatur domus, & fit domus de B B., & si in illa constellatione est Sol, est etiam domus de B B., & si in illa constellatione est D. est devinctum.

7. Si Luna est conjuncta cum Ariete, fit domus de B. D., & si in illa constellatione est Saturnus devinctum est C. per D., & per consequens B., cum C. vincat B., & sic mutatur domus de B D. in domum de C D., & si in illa constellatione est Jupiter, mutatur domus de C D. in domum de A D., quia A. vincit D., & D. vincit C., & C. vincit B. ; & si in illa constellatione est Mars, mutatur domus de A B. in domum de B F., & si ibi est Sol, jam plus, & si ibi est Venus, non tantum, cum D. sit contra B. ; & si est ibi Mercurius recuperant

B F. illas vires, quas amisserunt per D., cum

Mercurius sit convertibilis per hoc,

quod est Mars, non per hoc, quod

est Venus. Dictum est de prima

conjunctione, modò se-

quitur de secunda.

## CAPUT VI.

## DE CONIUNCTIONIBVS TAVRI.

1. **C**onjuncto Saturno cum Tauro est mala fortuna in domo de CC. per nimiam abundantiam siccitatis, & frigiditatis, & hoc de die & nocte; & regnat foemineitas & immobilitas, & Saturnus causat contingentias, maximè in die sabbati, & sic plumbum est bonum mercimonium in regione domus de CC.

2. Conjuncto Jove cum Tauro causatur domus de AC., & est bona fortuna per temperamentum, & stannum est bonum mercimonium de die, & maximè in die Jovis, & regnat masculinitas, & foemineitas, & immobilitas; & Venus est regina de nocte; & si Saturnus est in illa constellatione, A. est devictum.

3. Conjuncto Marte cum Tauro est domus de BC., & C. devincit B., & est mala fortuna, sed ferrum est bonum mercimonium, & maximè in die Martis, & regnat immobilitas contra phlebotomiam: quæ nascuntur sub illa constellatione suppeditant homines; sed si Saturnus est in illa constellatione cum Jove, C. vincit B., & B. vincit A.; siccitas est regina, & humiditas ancilla, & caliditas domicella.

4. Si Sol est conjunctus cum Tauro, est domus de BC., & siccitas est regina, & causat æqualitates, & aurum est bonum mercimonium in die dominica, & nativitas hominis regnat in ipsa domo, & maximè de die per B., & in contrario nocturnitas per C.; & si Venus est in tali conjunctione, Sol & Venus causant contingentias per contrarietates, quas habent; sed si Jupiter est in illa conjunctione, A. & B. vincunt, C. & causant domum de AB., & hoc idem faciunt si Mars est in illa conjunctione.

5. Si Venus est conjuncta cum Tauro causant domum de C D., & D. est dominus per frigiditatem, & est bona fortuna, & cuprum bonum mercimonium, & regnat dies Veneris, & foemineitas, & nocturnitas; sed si Saturnus est in illa constellatione, causatur domus de CC., & devictum est D., & si Jupiter, Mars, & Sol sunt in illa constellatione, causatur temperantia per calidum, & frigidum, & humiditas est ancilla, & regnat siccitas; hoc idem est si Mercurius est in illa constellatione.

6. Conjuncta Luna cum Tauro sequitur domus de CD., & potest esse bona fortuna, aut mala, & argentum est bonum mercimonium, & regnat nocturnitas, & dies Lunæ in illa septimana; sed si Saturnus est in illa constellatione; regnat siccitas; & si Jupiter cum Saturno, regnat frigiditas, & humiditas; & caliditas est ancilla; & si in illa constellatione est Mars, & Sol, regnat siccitas, quia sunt quatuor siccitates, & humiditas est ancilla, & frigiditas domicella; & si Venus est in illa constellatione, & sic de Mercurio, regnat frigiditas, quia sunt quatuor frigiditates, & in illa constellatione sunt multæ contingentia, & monstruositates, quia in ipsa sunt multi planeta.

## CAPVT VII.

### DE CONIUNCTIONE GEMINORVM.

1. Coniuncto Saturno cum Geminis est domus mala per Saturnum, & est domus causans contrarietates, unam cum alia, & per consequens inconstantias contra constantiam, & hoc in domo de AC., & illæ contrarietates sunt per hoc, quod Saturnus,

turnus, & Geminis continent in se, scilicet mediocri-  
tatem, & malitiam, ut in capitulo de signis & pla-  
netis dictum est; sed si in illa constellatione, est Ju-  
piter, devictus est Saturnus, & devincuntur ea, quæ  
in ipso sunt contra A., & sic domus est de A A.; & si  
in illa constellatione de Geminis, & Saturno est Mars,  
& non Jupiter, C. vincit B., & B. vincit A., & sic hu-  
miditas est ancilla, & siccitas regina, & caliditas do-  
micella, & frigiditas magis domicella, & omnia ista  
consequuntur per ea, quæ Geminis, Saturnus, & Mars  
continent in se, ut in capitulo de duodecim signis,  
& de septem planetis dictum est.

2. Coniuncto Jove cum Geminis sequitur domus  
de A A., scilicet unum A. quo ad primam figuram,  
aliud verò quo ad secundam, & est bona fortuna &c.;  
& si in illa constellatione est Mars, regnat Ignis per  
caliditatem, & siccitas, & humiditas sunt domicellæ,  
& frigiditas est ancilla; & si in illa constellatione est  
Sol, hoc idem sequitur, sed magis intense.

3. Coniuncto Sole cum Geminis B. vincit A. se-  
cundum quod dictum est de Geminis, & Marte; &  
si in illa constellatione est Saturnus, est devictus; &  
sic de Jove; & si intrat Venus est devicta, & hoc idem  
de Luna suo modo, supposito quòd non sit ibi Jupi-  
ter: Mercurius verò convertibilis est.

4. Coniuncta Venere cum Geminis formatur do-  
mus de A. D., & A. vincit D., eò quia in ipso habet  
actionem, & non è contra; & sicut vincit cum humi-  
ditate, etiam vincit ipsum cum caliditate & cum eis,  
quæ ipsum A. in se habet, scilicet bonitate &c. tamen  
bona constellatio est: si Saturnus est in ipsa constella-  
tione, constellatio bona & mala est, sed magis bona,  
quàm mala quia Saturnus devictus est; & si Jupiter est  
in illa constellatione sine Saturno, A. vincit D.; & si  
Mars est in illa constellatione sine Jove, & Saturno;  
devic-

deictum est D. per B., & per A., quia B. vincit A.; & hoc idem si Sol est in illa constellatione, & hoc magis intensè.

5. Luna conjuncta cum Geminis causant domum de A. D., & A. vincit D., & hoc idem sequitur in illa constellatione, quòd sequitur de constellatione Geminorum, & Veneris, ut dictum est.

6. Mercurius verò conjunctus cum Geminis & sic cum aliis signis non intrat in iudicium extensivè, eò quia convertibilis est, & sic est causa intensitatis, & bissexti, & conventionum, & mixtionum, & ipse est deceptor Alchimistarum quia marsupia evacuat, & Tunicas laceratas induere ipsos facit & operationes manuum annihilat.

## CAPUT VIII.

### DE CONIUNCTIONE CANCRI.

1. **C**onjuncto Saturno cum Cancro sequitur doctus de CD., & D. vincit C.; mala constellatio est &c., & si in illa constellatione est Jupiter cū Saturno, A. vincit C., quia A. vincit D., & D. vincit C.; & si in illa constellatione est Mars cū Saturno, B. vincit D., quia B. vincit A., & A. vincit D., & D. vincit C., & è cōtra circulariter, quia A. vincit D., & D. vincit C., & C. vincit B.; Iterū D. vincit C., & C. vincit B., & B. vincit A.; iterum A. vincit D., & D. vincit C., & C. vincit B., & constellatio causat mixtiones, & compositiones elementorum, & febrem continuam; causat etiam partes intrare unam in alias, per continuam quantitatem, & causat casus, & contingentias per bonas, & malas fortunas; & homines, & foeminas inconstantes facit, & sic de aliis similibus istis, secundum quod signifi-

nifi-

consequens non potest esse sine antecedente; sed si in illa constellatione est Jupiter, non Saturnus, sequitur adhuc B. devictum; & si Jupiter, & Saturnus sint simul in illa constellatione, ipsa constellatio causat cahos contra antecedentia, & consequentia, & causat destructiones inter causas, & occasiones, ut in constellatione de Geminis, & Marte significatum est.

6. Si Mercurius conjunctus est cum Cancro non sequitur iudicium, sed intensitas, quia Mercurius convertibilis est, sic in Cancro, sicut diaphaneitas in luce vitri, seu cristalli, & sic de aliis, & illa constellatio causat intensitates, & tunc est febris multum intensa, & urina est multum colorata, & homo multum constans, & dispositus ad habendam fortitudinem cordis, & est magnanimus, largus, vel avarus, & sic de aliis similibus istis.

7. Si Luna est conjuncta cum Cancro, est domus de D. D., & regnat frigiditas & humiditas contra domum de B. B.; hoc dictum est secundum constellationem de Venere, & Cancro; & si omnes planetae sint conjuncti in Cancro, Jupiter est devictus, quia non est in illa constellatione nisi unum A., & quia A. est magis devictum per caliditatem, quæ est sua qualitas appropriata, quam per humiditatem, quæ est sibi propria, est B. devictum per D., quod cum humiditate concordantiam habet; & quia D. vincit C., & C. vincit B., est B. devictum; & sic in illa constellatione regnat D., & plorat B., & fiunt multæ pluvix, & gaudet domus dei D. D.

8. Dictum est de constellationibus Planetarum cum Ariete, Tauro, Geminis, & Cancro; & secundum quod dictum est de istis, intelligi potest de constellationibus Planetarum cum Leone, Virgine, Libra, Scorpione, Sagittario, Capricornio, Aquario, & Pisce, quia sic se habent per A. B. C. D., sicut se habent Ari-



nificatum est de Cancro in Capitulo de Signis, & de Saturno, Jove, & Marte in Capitulo de Planetis.

2. Coniuncto Jove cum Cancro A. vincit D. & si Saturnus est in illa constellatione, A. vincit C., eò quia A. vincit D., & D. vincit C.; & si Mars est in illa constellatione sine Saturno, B. vincit D., quia A. vincit D., & B. vincit A.

3. Coniunctus Mars cum Cancro causat domum de B D., & causant æquales contrarietates, tamen non durabiles, quia mobiles sunt propter Cancrum; sed male sunt propter Martem; & si in illa constellatione est Saturnus, sine Jove, D. vincit B., eò quia vincit C., & C. vincit B.; & si in illa constellatione est Jupiter sine Saturno, B. vincit D., quia A. vincit D., & B. vincit A.

4. Si Sol est in Cancro sequitur hoc, quod dictum est de Cancro, & de Marte cum Saturno, & Jove.

5. Si Venus est in Cancro sequitur domus de DD., & est magna coniunctio inter Cancrum, & Venerem contra domum de B B. in patiente, & tantum medicinalis est patiens cum frigiditate, & humiditate; & si in illa constellatione est Saturnus, est devictus; & si in illa constellatione est Saturnus, & Jupiter, sunt devicti, quia una propria humiditas, & alia appropriata, non habent ita intensam potestatem, & virtutem, sicut duæ propriae frigiditates; Veruntamen Jupiter non est multum devictus, quia in illa domo sunt tres humiditates; unde sequitur, quòd illa domus, causat temperamentum, ratione cuius Medicus potest administrare, & graduare temperatas medicinas; & si Mars est in illa constellatione, non verò Saturnus, nec Jupiter, B. est devictum, & si in illa constellatione est Saturnus B. est etiam devictum, quia C. vincit B., & D. vincit C., & per consequens B., & talis domus causat consequentias in inferioribus, & per consequens antecedentia, quia

con-

es, Taurus, Geminis, & Cancer, ut in secunda figura significatum est; unde sequitur, quòd per hoc, quòd dictum est de Ariete, Tauro, Geminis, & Cancro, de aliis constellationibus notitia haberi potest.

9. Diximus de secunda distinctione, & de secunda figura applicatâ ad primam, quæ applicatio est generalis doctrina ad hujusmodi notitiam, per quam Medicus sciat incipere suas curationes, modò per unam, modò per aliam, modò in uno tempore facere phlebotomiam, in alio non, & sic de aliis.

10. Veruntamen faciens librum istum excuso me tanquam Catholicum de constellationibus supra dictis, non existentibus causis super animam rationalem, sed super potentiam imaginativam, sensitivam, vegetativam & elementativam.

11. Item me excuso, quia nescio utrum sit verum, quòd Aries sit calidus, & siccus; Saturnus siccus, & frigidus; & sic de aliis; sed suppono, quòd ita sit, secundum quòd antiqui dixerunt, quia per experientiam visum fuit, & probatum est; quòd dico de Astris (a) est necessarium, quia per Artem generalem dico hoc artificialiter, & ars est infallibilis, & sine falsitate.

## DE TERTIA DISTINCTIONE

### QUE EST DE QUESTIONIBUS.

**D**istinctio ista est de Quæstionibus, & dividitur in duas partes; Prima est de Quæstionibus primæ figuræ; Secunda de Quæstionibus secundæ figuræ. Quæstiones

(a) Videlicet quòd dico de Astorum devictionibus, & judiciis in eorum conjunctionibus, supposito, quòd in eis sint prefate qualitates, est necessarium, quia legitime deducitur, factâ illâ suppositione.

stiones primæ figuræ sunt de iis, quæ in ipsa dicuntur, & solvuntur in illis locis, ex quibus extrahuntur; & hoc idem est de quæstionibus secundæ distinctionis, seu secundæ figuræ.

## PARS PRIMA.

### DE QUÆSTIONIBVS PRIMÆ FIGURÆ.

1. **Q**uæritur: Quæ sint causæ, quæ causant quatuor tempora anni?  
*Solutio*: Vade ad regiones de A. B. C. D. in prima distinctione num. 3. & 4. fol. 3.
2. **Q**uæritur: Qualem complexionem habet prima hora diei, & sic de ultima hora noctis?  
*Solutio*: In regione de A. num. 4. fol. 5.
3. **Q**uæritur: Qualem complexionem habet hora sexta noctis?  
*Solutio*: In regione de C. ibid.
4. **Q**uæritur: Quæ sunt causæ septem dierum septimanæ?  
*Solutio*: Vade ad primam circulationem cap. 1. num. 4. fol. 1.
5. **Q**uæritur: Quare secundum nos est unus ascensus, & descensus; & secundum Antipodas alius ascensus, & descensus, & è contra in eodem circulo?  
*Solutio*: In prima dist. c. 1. num. 1. fol. 4.
6. **Q**uæritur: Quales sunt regiones sanitatum?  
*Solutio*: Ut supra num. 2. fol. 4. & 5.
7. **Q**uæritur: Sanitas & infirmitas in quibus regionibus participant?  
*Solutio*: Ut supra num. 3. cap. 1. fol. 4. & 5.
8. **Q**uæritur: Utrum sanitas præcedat infirmitatē?  
*Solutio*: Ut supra idid.

9. *Queritur*: Factâ decoctione de una planta calida in quarto; & de alia humida in quarto, & de alia sicca in quarto; quænam istorum prævaleat?

*Solutio*: In secunda circulatione de AB. cap. 2. num. 2. fol. 6.

10. *Queritur*: Quæ sunt causæ sanitatis, & infirmitatis?

*Solutio*: In domo de EF. secundæ circulationis cap. 2. num. 3. fol. 7.

11. *Queritur*: Quomodo Terra vincit Ignem?

*Solutio*: In domo de BC. ut supra num. 4. fol. 7.

12. *Queritur*: Quomodo Aqua vincit Terram?

*Solutio*: In domo de CD. ut supra num. 6. fol. 7.

13. *Queritur*: Quomodo Aër vincit Aquam?

*Solutio*: In domo de DA. ut supra num. 8. fol. 7.

14. *Queritur*: Factâ decoctione de una planta humida in quarto, & alia frigida in quarto, quæ prædominatur in tali decoctione?

*Solutio*: In domo de DA. ut supra ibid. nu. 8. fol. 7.

15. *Queritur*: Factâ decoctione de una planta humida, & calida, & de alia frigida, & humida, quæ habent æqualem virtutem, & pondus, quæ, ex his, prævalet?

*Solutio*: In domo de HE. ut sup. num. 9. fol. 7.

16. *Queritur*: Quomodo siccitas vincit humiditatem?

*Solutio*: In domo de AF. tertie circulationis cap. 3. n. 1. fol. 8.

17. *Queritur*: Quomodo Aër, & Terra usurpantur ad se invicem?

*Solutio*: In domo de EC. ut supra num. 2. fol. 8.

18. *Queritur*: Quomodo qualitas est peregrina?

*Solutio*: In domo de BG. ut supra num. 3. fol. 8.

19. *Queritur*: Elementa in qua domo sunt in majori contrarietate?

*Solutio*: In domo de F D. ut supra num. 4. fol. 8.

20. *Quæritur*: Supposito, quòd homo sit infirmus per quartum gradum siccitatis, utrum sit licitum, quòd detur ei decoctio frigida in tertio gradu, & humida in secundo?

*Solutio*: Ut supra num. 5. fol. 8.

21. *Quæritur*: Factâ decoctione de una planta sicca in quarto, & alia humida in quarto, quæ istarum prævalet in decoctione?

*Solutio*: In domo de G A. num. 6. fol. 8.

22. *Quæritur*: Factâ decoctione de una planta humida in quarto calida in tertio, & de alia frigida in quarto humida verò in tertio, quæ dominatur in illa decoctione, per humidum & frigidum, & per calidum, & siccum?

*Solutio*: In domo de D E. ut supra num. 7. fol. 8.

23. *Quæritur*: Factâ decoctione de una planta frigida in quarto, humida in tertio, & de alia humida in tertio & calida in secundo, quæ istarum est regina in ista decoctione?

*Solutio*: In domo de D E. ut supra ibid.

24. *Quæritur*: Factâ decoctione de una planta humida in quarto, & alia calida in quarto, quæ ipsarum erit regina?

*Solutio*: In domo de H B. ut supra num. 8. fol. 9.

25. *Quæritur*: Facto electuario de una planta humida in quarto, & de alia calida in quarto, & alia frigida in tertio, & alia humida in secundo, quæ istarum in electuario sit regina?

*Solutio*: Vade ad caput 17. de modo graduandi medicinas fol. 26. 27. & 28.

Dictum est de quæstionibus trium circulationum, & secundum hoc, quod de ipsis diximus, de aliis circulationibus intelligi potest; & data est doctrina, quomodo Medicus sciat graduare circulariter medicinas.

DE

**DE QVÆSTIONIBVS FACTIS DE CVRIS.**

1. **Q**uæritur: Quomodo Medicus debet curare infirmum?

*Solutio*: Capitulo de Curis cap. 8. fol. 13.

2. *Quæritur*: Utrum cura fiat per similitudinem?

*Solutio*: Ut supra num. 1.

3. *Quæritur*: Utrum cura debeat fieri per contrarium?

*Solutio*: Ut supra ibidem.

4. *Quæritur*: Quomodo motus, five transitus, infirmitatis impeditur?

*Solutio*: Ut supra num. 2.

5. *Quæritur*: Quomodo fiat cura per compositionem concordantium, & contrariantium?

*Solutio*: Ut supra num. 3.

6. *Quæritur*: Quomodo multiplicetur fanitas?

*Solutio*: Ut supra fol. 14.

**DE QVÆSTIONIBVS SEDECIM ELECTVARIORVM.**

1. **Q**uæritur: Quomodo Medicinæ generales fieri possunt?

*Solutio*: Vade ad rubricam de sedecim electuariis. cap. 9. fol. 14.

2. *Quæritur*: Quomodo calor Ignis est graduatus in subjectis in quibus est?

*Solutio*: Ut supra num. 1. fol. 14.

3. *Quæritur*: Quid est ingradatio gradus?

*Solutio*: In eodem, cap. num. 1. fol. 14.

4. *Quæritur*: Quomodo est regio Ignis?

*Solutio*: Ibidem num. 2. fol. 14.

5. *Quæritur*: Quomodo fieri potest decoctio Temperata?

*Solutio*

*Solutio* : Ibidem num. 3. fol. 15.

6. *Quaritur* : Quomodo cognoscitur fortitudo infirmitatis ?

*Solutio* : Ibidem.

7. *Quaritur* : Quomodo fieri debet medicina, contra domum de B F. ?

*Solutio* : Ibidem.

8. *Quaritur* : Quomodo cognoscitur signum Mortis ?

*Solutio* : Ut supra ibid. fol. 16.

9. *Quaritur* : Quomodo cognoscitur gradus infirmitatum ?

*Solutio* : Ut supra num. 5. fol. 16.

10. *Quaritur* : Per quem modum medicina potest esse thesaurus pauperum ?

*Solutio* : Ut supra dictum est num. 6. fol. 16.

## DE QUÆSTIONIBVS FEBRIS TERTIANÆ.

1. *Quaritur* : Ubi est regio febris Tertianæ ?

*Solutio* : In primo paragrapho capituli de febribus fol. 16.

2. *Quaritur* : Ubi sunt regiones febris continuæ, quotidianæ, & quartanæ ?

*Solutio* : Capite, ut supra, num. 1. fol. 16.

3. *Quaritur* : Quis triangulus est causæ Tertianæ ?

*Solutio* : Ut supra; num. 2. fol. 17.

4. *Quaritur* : Quare Tertiana simplex est in una die, & in alia non ?

*Solutio* : Ut supra ibid.

5. *Quaritur* : Quomodo Tertiana est situata ?

*Solutio* : Ut supra ibid.

6. *Quaritur* : Quomodo cholera est causa Tertianæ ?

*Solutio* : Ut supra ibid.

7. *Quaritur* : Utrum duæ Tertianæ, una tendens

versus

versus regionem orientalem, & alia versus occidentalem, sint eandem qualitatum?

*Solutio*: Ut supra ibid.

8. *Queritur*: Quomodo Tertianæ mutatur in duplam?

*Solutio*: Ut supra ibid. num. 2. fol. 17.

9. *Queritur*: Quomodo fieri debet medicina contra continuam febrem?

*Solutio*: Ut supra num. 2. fol. 17.

10. *Queritur*: In qua domo Tertianæ significat mortem?

*Solutio*: Ut supra num. 2. & 3. ibidem.

11. *Queritur*: In qua domo Tertianæ dat bonum signum?

*Solutio*: Ut supra num. 3. ibidem.

12. *Queritur*: Quomodo cognoscitur in Tertianæ fortitudo frigiditatis?

*Solutio*: Ut supra num. 3. ibidem.

## DE QUÆSTIONIBVS PVL SVVM.

1. *Queritur*: Quomodo cognoscatur pulsus Tertianæ?

*Solutio*: Capite de pulsibus, §. 1. fol. 18.

2. *Queritur*: Quomodo pulsus est situatus per caliditatem, & siccitatem?

*Solutio*. Ut supra ibid.

3. *Queritur*: Quomodo pulsus significat suas causas?

*Solutio*: Ut supra ibid.

4. *Queritur*: Quare in pulsu sunt duo motus, unus influxivus, & alius refluxivus?

*Solutio*: Ut supra ibid.

5. *Queritur*: Utrum in pulsu sint non nisi duo motus?

*Solutio*.



*Solutio:* Ut supra ibid.

6. *Quaritur:* Quomodo motus pulsus in cholera significatus est?

*Solutio:* Ut supra ibid.

7. *Quaritur:* Quomodo cognoscitur pulsus significans febrem continuam?

*Solutio:* Ut supra num. 2. ibidem.

8. *Quaritur:* Quomodo pulsus significans per compositionem, significat sanitatem, vel mortem?

*Solutio:* Ut supra fol. 19.

9. *Quaritur:* Pulsus quotidianæ quomodo cognoscitur?

*Solutio:* Ut supra num. 3. fol. 19.

10. *Quaritur:* Utrum pulsus quotidianæ sit longus & gracilis?

*Solutio:* Ut supra ibid.

11. *Quaritur:* Utrum pulsus quotidianæ sit in æquali motu per omnes regiones primæ figuræ?

*Solutio:* Ut supra ibid.

12. *Quaritur:* Quomodo cognoscitur pulsus Quartanæ?

*Solutio:* Ut supra num. 4. fol. 19.

13. *Quaritur:* Utrum pulsus melancholiæ sit longus, gracilis, & durus plus quàm phlegmaticus?


*Solutio:* Ut supra ibid.

14. *Quaritur:* Utrum pulsus melancholiæ, sit magis longus, quàm pulsus sanguineus?

*Solutio:* Ut supra ibid.

15. *Quaritur:* Utrum pulsus melancholiæ sit terrestris, & evacuativus?

*Solutio:* Ut supra ibid.



## DE QUÆSTIONIBVS EVACUATIONIS, ET repletionis.

1. **Q**uæritur: Quomodo repletio debet evacuâ-  
ri, & evacuatio repleri.  
*Solutio*: Vade ad capitulum de evacua-  
tione, & repletione fol. 19. & 20.
2. **Q**uæritur: Utrum frequentatio balnei, & phle-  
botomiæ sit licita?  
*Solutio*: Ut supra. ibid.
3. **Q**uæritur: Utrum sit licitum dare medicinam  
laxativam, ut domus vacua sit plena.  
*Solutio*: Ut supra. ibid.
4. **Q**uæritur: Utrum balneum sit magis licitum  
in regione de A, quàm de B., & in regione de B., quàm  
de C., & in regione de C. quàm de D., & in regione  
de D. quàm de A., & in regione de A. quàm de C. &c.  
*Solutio*: Ut supra. ibid.
5. **Q**uæritur: Quare vomitus est magis licitus,  
quàm decoctio laxativa?  
*Solutio*: Ut supra. ibid.
6. **Q**uæritur: Quare urina est magis colorata de  
nocte, quam de die; & in domo de A B. quàm de B E?  
*Solutio*: Ut supra. ibid.
7. **Q**uæritur: Utrum clister possit tantum pro-  
curare sanitatem, quantum vomitus?  
*Solutio*: Ut supra. ibidem.
8. **Q**uæritur: Utrum balneum pro corpore sano  
possit procurare sanitatem in corpore ægro?  
*Solutio*: In eodem capitulo.

## DE QUÆSTIONIBVS VRINARVM.

1. **Q**uæritur: Utrum Elementa simplicia habe-  
ant proprios colores?

*Solutio*

*Solutio*: Capite 13. de regionibus urinarum  
paraphrasi primo fol 20.

2. *Queritur*: Utrum simplex color possit videri?

*Solutio*: Ut supra ibid.

3. *Queritur*: Qualis est color Aëris?

*Solutio*: Ut supra num. 2. fol 20.

4. *Queritur*: Quare umbra apparet in Aëre, &  
in Aquâ?

*Solutio*: Ibidem num. 4.

5. *Queritur*: Utrum lux candelæ sit color ignis?

*Solutio*: Ut supra num. 3. fol 20.

6. *Queritur*: Utrum in Urina hypostasis habens  
angulum multum acutum significet choleram?

*Solutio*: Ut supra à num. 6. fol 21.

7. *Queritur*: Utrum in sanitate, circulus niger  
urinæ & spissus significet choleram, & fenum?

*Solutio*: Ut supra ibidem.

8. *Queritur*: Utrum circulus niger in superficie  
urinæ sit causatus à siccitate; & lucidus à caliditate?

*Solutio*: Ut supra ibidem.

9. *Queritur*: Utrum nigredo sit color Terræ?

*Solutio*: Ut supra num. 4. fol. 20.

10. *Queritur*: Utrum albedo sit color Aquæ?

*Solutio*: Ut supra num. 5.

11. *Queritur*: Utrum albedo in inferiori regione  
urinæ significet phlegma, aut in regione media?

*Solutio*: Ut supra.

12. *Queritur*: Utrum athomi, qui sunt in hy-  
postasi urinæ, significant phlegma?

*Solutio*: Ut supra.

13. *Queritur*: Utrum hypostasis habens angulum  
obtusum, & album significet phlegma?

*Solutio*: Ut supra.

14. *Queritur*: In quo gradu est Lux ignis, & sic  
de Luce Solis, Aëris, & Cristalli?

*Solutio*: Ut supra num. 6. fol. 20. & 21.

15. *Quæritur*: Quomodo est graduatus color urinæ?

*Solutio*. Ut supra ibidem.

16. *Quæritur*: Cujus est color urinæ, quæ est de domo AE?

*Solutio*. Ut supra num. 7. fol. 21.

17. *Quæritur*: Quare urina pura est clara, & aurea?

*Solutio*: Ut supra ibidem.

18. *Quæritur*: Utrum hypostasis rubra significet sanguinem?

*Solutio*: Ut supra ibidem.

19. *Quæritur*: Quare color Aëris est rubeus?

*Solutio*: Ut supra ibidem.

20. *Quæritur*: Quare homo indiget phlebotomiâ?

*Solutio*: Ut supra ibidem.

21. *Quæritur*: Quam causam habeat urina aurea habens umbram?

*Solutio*: Ut supra num. 8.

22. *Quæritur*: Quare urina magis colorata vel in altiori gradu coloris, est magis umbrosa, cum luciditas sit color ignis?

*Solutio*: Ut supra num. 9.

23. *Quæritur*: Utrum in urina multum colorata umbra sit color Terræ.

*Solutio*: Ut supra ibidem.

24. *Quæritur*: Quomodo nigredo significat choleram in urina, cum sit color Terræ?

*Solutio*: Ut supra ibidem.

25. *Quæritur*: Quomodo urina significat melancholia?

*Solutio*: Ut supra num. 10. fol. 22.

26. *Quæritur*: Quomodo urina significat phlegma, & melancholiam?

*Solutio*: Ut supra num. 11.

27. *Quæritur*: Quomodo urina est variata, vel interpolata?

*Solutio*

*Solutio*: Ut supra num. 14. fol. 23.

## DE QUÆSTIONIBVS DIGESTIONVM.

1. **Q**uæritur: Quomodo fit digestio, & indigestio?

*Solutio*: Capite de region. digest. fol 22.

2. *Quæritur*: Quare digestio de G., quæ est in regione de A., est debilior, quàm digestio de G., quæ est in regione de C?

*Solutio*: Ut supra ibidem.

3. *Quæritur*: Quare digestio fit magis de nocte, quàm de die, cum digestio magis fiat per calidum, quàm per frigidum?

*Solutio*: Ut supra ibidem.

4. *Quæritur*: Utrum aqua causet tantam digestionem restringendo, sicut ignis difundendo?

*Solutio*: Ut supra ibidem.

5. *Quæritur*: Utrum Aër causet tantam digestionem replendo, sicut Terra evacuando?

*Solutio*: Ut supra ibidem.

6. *Quæritur*: Utrum tantum competant cibaria frigida, ut restringendo causent digestionem, sicut cibaria calida, ut causent digestionem?

*Solutio*: Ut supra ibidem.

7. *Quæritur*: Quare homines moriuntur magis in Æstate, quàm in Hyeme?

*Solutio*: Ut supra ibidem.

8. Utrum digestio fiat magis per Hyemem, quam per Æstatem?

*Solutio*: Ut supra ibidem.

9. *Quæritur*: Quare potus non causat tantam digestionem, sicut cibus?

*Solutio*: Ut supra ibidem.

10. *Quæritur*: Quare homo magis comedit in Hyeme,

Hyeme, quàm in Æstate?

*Solutio.* Ut supra ibidem.

## DE QUÆSTIONIBVS DOLORVM.

1. **Q**uæritur: Quænam sunt mansiones doloris?

*Solutio:* Capite de region. dolorum fol. 23.

2. **Q**uæritur: Utrum Aqua sit causa doloris, per repletionē; & Ignis per divisionem (seu decisionē.)

*Solutio:* Ut supra num. 2. fol. 24

3. **Q**uæritur: Utrum Tumores ascendendo, & descendendo causent dolores?

*Solutio:* Ut supra ibidem.

4. **Q**uæritur: Utrum dolor sit forma significans in-  
stinctum, & appetitum naturalem, necessitatis causâ?

*Solutio:* Ut supra ibidem.

5. **Q**uæritur: Utrum dolor fiat magis per unum e-  
lementum, quàm per aliud?

*Solutio:* Ut supra ibidem.

6. **Q**uæritur: Quare ferrum ignitum multiplicat  
magis dolorem, quàm glacies?

*Solutio:* Ut supra num. 3.

7. **Q**uæritur: Quare sitis multiplicat magis dolo-  
rem quàm fames?

*Solutio:* Ut supra num. 2.

8. **Q**uæritur: Quare Tertiana lædit cerebrum;  
Quotidiana Stomacum; Continua Cor; & Quartana  
Nervos, & Intestina?

*Solutio:* Ut supra ibidem.

## DE QUÆSTIONIBVS APPETITVVM.

1. **Q**uæritur: Quare Homo magis appetit bi-  
bere in Æstate, quàm in Hyeme.

*Solutio:* Est in Cap. de region. appetituum.

2. *Quæritur*: Quare Homo febricitans existens calidus sentiens frigus, appetit calorem?  
*Solutio*: Ut supra ibidem.
3. *Quæritur*: Quare ignis appetat calefacere aërem, & aquam?  
*Solutio*: Ut supra ibidem.
4. *Quæritur*: Quare appetitus aliquis est cū tristitia?  
*Solutio*: Ut supra ibidem.
5. *Quæritur*: Quare ex hominibus febricitantibus; unus patiens calorem, appetit vinum, & alius aquam?  
*Solutio*: Ut supra num. 3.
6. *Quæritur*: Quare Aër habens concordantiam cum aqua, appetit habere concordantiam cum igne?  
*Solutio*: Ut supra ibidem.
7. *Quæritur*: Utrum imaginativa appetat species sensitivæ?  
*Solutio*: Ut supra num. 3.
8. *Quæritur*: Utrum idem appetitus sit desiderativus, & indicativus?  
*Solutio*: Ut supra ibidem.
9. *Quæritur*: Utrum intellectiva appetat species imaginabiles, sinè imaginatione?  
*Solutio*: Ut supra ibidem.
10. *Quæritur*: Quare Homo appetit multiplicare suam speciem, & planta suam?  
*Solutio*: Ut supra ibidem.
11. *Quæritur*: Quare Homo infirmus appetat umbras & fontes?  
*Solutio*: Ut supra ibidem.
12. *Quæritur*: Quare Homo infirmus plus appetat ficus, passas, & alios fructus; quam carnes, & pisces?  
*Solutio*: Ut supra ibidem.
13. *Quæritur*: Quare Homo infirmus appetitum comedendi amittit.  
*Solutio*: Ut supra ibidem.

*Quæritur*

14. *Queritur*: Utrum appetitus sit Lumen disponens vitam?

*Solutio*: Ut supra ibidem.

## DE QUÆSTIONIBVS GRADVANDI MEDICINAS.

1. *Queritur*: Quomodo Medicus debet graduare re medicinas.

Vade ad caput de modo graduandi medicinas, & invenies solutionem.

2. *Queritur*: Factâ decoctione de duabus plantis, unâ calidâ in quarto, aliâ humidâ in quarto, quæ ipsarum prævalet in decoctione?

*Solutio*: Ut supra num. 1. fol. 26.

3. *Queritur*: Factâ decoctione de una planta calidâ in quarto, & de aliâ humidâ in quarto, quomodo elementa transeunt de compositione ad simplicitatem?

*Solutio*: Ut supra num. 2. fol. 27.

4. *Queritur*: Quare mixtio facta de una planta calida in quarto, & de alia humida in quarto, & de alia frigida in quarto, est significativa mortis?

*Solutio*: Ut supra ibid.

5. *Queritur*: Quomodo, factâ mixtione de quatuor plantis, unâ calidâ in quarto, aliâ humidâ in quarto, aliâ frigidâ in quarto, aliâ siccâ in quarto, faciant circulationem & transitum una in aliam, & quomodo talis circulatio est indicativa sanitatis?

*Solutio*: Ut supra num. 3. fol. 28.

6. *Queritur*: Utrum Homo debeat uti variis cibariis in complexionibus?

*Solutio*: Ut supra num. 6. fol. 27.

7. *Queritur*: Per quem modum sunt indicativæ simplicitas, & compositio elementares?

*Solutio*



*Solutio*: Ut supra ibid. num. 2. fol. 27.

8. *Quæritur*: Quomodo indicatur cessatio, & motus naturalis?

*Solutio*: Ut supra ibid.

9. *Quæritur*: Quomodo vita, & mors indicantur?

*Solutio*: Ut supra ibid.

10. *Quæritur*: Quomodo indicatur separatio elementorum?

*Solutio*: Ut supra ibid.

# PARS SECUNDA.

## DE QUÆSTIONIBUS SECUNDÆ DISTINCTIONIS.

### DE QUÆSTIONIBVS ARIETIS.

1. *Quæritur*: Coniuncto Jove cum Ariete; quis ipsorum habet dominium super alium?

*Solutio*: Vade ad caput quintum secundæ distinctionis paragrafo de conjunctione Arietis cum Jove num. 2. fol. 33.

2. *Quæritur*: Coniuncto Jove cum Ariete, quis ipsorum habet dominium in inferioribus; & utrum Phlebotomia sit licita sub illa constellatione; & utrum illa constellatio sit bona; & utrum magis bona in die Jovis, quam aliis diebus; & utrum magis de die, quam de nocte; & utrum Masculus natus sub illa constellatione sit sua masculinitas magis intensa per mobilitatem, quam immobilitatem?

*Solutio*: Ut supra ibid.

3. *Quæritur*: Jove, & Saturno conjunctis cum Ariete, quis istorum est dominus; & utrum illa constellatio sit magis bona, quam mala; & utrum for-

tuna

tuna sit magis bona per stagnum, quàm per plumbum?

*Solutio*: Ut supra ibid.

4. *Queritur*: Quomodo superiora causant tempe-  
rantiam in inferioribus?

*Solutio*: Ut supra ibid.

5. *Queritur*: Quomodo superiora causant in in-  
ferioribus numerum imparem?

*Solutio*: Ut supra fol. 34.

6. *Queritur*: Quomodo, conjuncto Marte cum  
Ariete, per illam constellationem superiora causant in  
inferioribus æqualitates & numeris parem?

*Solutio*: Ut supra num. 3. fol. 34.

7. *Queritur*: Quomodo corpora cœlestia causant  
in inferioribus æquales distinctiones?

*Solutio*: Ut supra ibid.

8. *Queritur*: Quomodo per corpora cœlestia cau-  
santur magna fortuna aliquorum, & magnum infor-  
tunium aliorum?

*Solutio*: Ut supra.

9. *Queritur*: Factâ conjunctione de Venere, &  
Saturno cum Ariete, utrum constellatio sit magis bo-  
na, quàm mala, & utrum magis in die Veneris, quàm  
in die Sabbati; & si magis per cuprum, quàm per plum-  
bum; & si magis per diem, quàm per noctem; & si  
magis per masculinitatem, quàm per fœmineitatem,  
& si magis per mobilitatem, quàm immobilitatem?

*Solutio*: Ut supra num. 5. fol. 34. & 35.

10. *Queritur*: Quomodo superiora causant con-  
tingentiam in inferioribus?

*Solutio*: Ut supra ibid.

11. *Queritur*: Multùm ardua constellatio quo-  
modo est?

*Solutio*: Ut supra ibid.

12. *Queritur*: Conjuncto Mercurio cum Ariete,  
quis est dominus, & quomodo dominium, est intensum?

*Solutio*

*Solutio:* Ut supra num. 6. fol. 35.

13. *Queritur:* Factâ conjunctione Lunæ cum Arie-  
te & Saturno, quis dominatur in ista constellatione;  
& utrum Argentum sit in majori fortuna, quàm plum-  
bum, & sic de aliis?

*Solutio:* Ut supra ibidem num. 7.

## DE QUÆSTIONIBVS TAVRI.

1. *Queritur:* Utrum conjuncto Saturno cum  
Tauro, sit bona fortuna, aut non?

*Solutio:* Vade ad capitulum, seu constel-  
lationem de Tauro cum Saturno num. 1. fol. 36.

2. *Queritur:* Utrum constellatio de Saturno, &  
Tauro sit causa quare Homines paucos pilos habeant  
in barba, & sint similes foeminis?

*Solutio:* Ut supra ibid.

3. *Queritur:* Utrum conjuncto Jove cum Satur-  
no, & Tauro, illa constellatio causet in inferioribus  
dominationes, & servitutes, & etiam appetitus in con-  
trarium?

*Solutio:* Ut supra num. 2. fol. 36.

4. *Queritur:* Utrum conjuncto Marte cum Tau-  
ro, illa constellatio causet malitiam foeminarum, fer-  
ri, & herbarum?

*Solutio:* Ut supra num. 3. ibidem.

5. *Queritur:* Utrum conjunctis Marte & Sole cum  
Tauro, illa constellatio possit esse bona?

*Solutio:* Ut supra num. 4. ibidem.

6. *Queritur:* Utrum conjunctis Venere & Sole  
cum Tauro, Venus sit domina, & Taurus domi-  
cellus?

*Solutio:* Ut supra num. 5. fol. 37.

7. *Queritur:* Utrum conjuncto Mercurio cum  
Tauro, illa constellatio sit causa intensa masculini-

P

tatum,

tatum, & foemineitatum, aut neutrorum?

*Solutio:* Ut supra num. 5. ibidem.

8. *Queritur:* Utrum conjunctis Venere, & Mercurio cum Tauro, natura foeminarum sit regina in bono?

*Solutio:* Ut supra ibidem.

9. *Queritur:* Conjuncta Luna cum Tauro utrum in mari sit tranquillitas; & utrum sit bona fortuna, aut mala?

*Solutio:* Ut supra num. 6. ibidem.

10. *Queritur:* Utrum conjuncta Luna cum Jove, & Tauro, masculinitas, & Stannum sint in bona fortuna?

*Solutio:* Ut supra ibidem.

11. *Queritur:* Utrum conjunctis Luna, & Venere cum Tauro, sit bona fortuna?

*Solutio:* Ut supra ibidem.

## DE QVAESTIONIBVS GEMINORVM.

1. *Queritur:* Utrum conjuncto Saturno cum Geminis sit bona fortuna, aut mala, aut mediocris, causans varietates?

*Solutio:* Vade ad constellationem Saturni cum Geminis cap. 7. num. 1. fol. 37.

2. *Queritur:* Utrum conjuncto Jove cum Geminis illa constellatio sit causa pietatum in bono, & similitudinum in bono?

*Solutio:* Ut supra num. 2. fol. 38.

3. *Queritur:* Utrum conjuncto Sole cum Geminis, illa constellatio causet intensam neutralitatem, & communitatem?

*Solutio:* Ut supra num. 3. fol. 38.

4. *Queritur:* Utrum conjunctis Sole, & Saturno cum Geminis, malitia sit suppeditata, & plumbum sit de mala fortuna?

*Solutio:* Ut supra ibidem.

5. *Que?*

5. *Quæritur*: Utrum Masculinitas vincat foeminitatem cum bona fortuna?

*Solutio*: Ut supra ibidem.

6. *Quæritur*: Utrum Mercurius cum Geminis causet intensitates, communitates, masculinitates, diurnitates?

*Solutio*: Ut supra num. 6. fol. 39.

7. *Quæritur*: Quæ est causa Biffexti?

*Solutio*: Ut supra ibidem.

8. *Quæritur*: Qualis constellatio est Alchimistarum deceptio?

*Solutio*: Ut supra ibidem.

### DE QUÆSTIONIBVS CANCRI.

1. *Quæritur*: Utrū conjuncto Saturno cum Cancro illa constellatio sit causa ventorum, & maximè de nocte, & hoc cū mala fortuna?

*Solutio*: Vade ad constellationem Saturni cum Cancro cap. 8. num. 1. fol. 39.

2. *Quæritur*: Utrum conjuncto Jove cum Cancro illa constellatio sit causa ventorum in partibus orientalibus; & utrum ille ventus sit durabilis, & subditus Lunæ; & si Saturnus est in illa constellatione, utrum illa constellatio sit plus bona, quàm mala; & utrum sit causa variarum nubium?

*Solutio*: Ut supra num. 2. fol. 40.

3. *Quæritur*: Utrum conjuncto Marte cum Cancro causent magnum motum malitiæ ratione magnarum contrarietatum unius contra alium?

*Solutio*: Ut supra num. 3. ibidem.

4. *Quæritur*: Utrum conjunctis Marte, & Sole, cum Cancro, illa constellatio causet ventum à parte meridionali, & per consequens sit causa pluviarum, habentibus illis ventis antea tales qualitates, quas habet domus de B F.?

So-

*Solutio*: Ut supra num. 3., & 4. ibidem.

5. *Queritur*: Utrum conjunctâ Venere cum Cancro illa constellatio, sit causa febris quotidianæ, luxuriæ, cantinclarum, organorum, & instrumentorum musicalium?

*Solutio*: Ut supra num. 5. ibid.

6. *Queritur*: Utrum conjuncto Mercurio cum Cancro, illa constellatio sit causa intensitatis Febris quotidianæ, avaritiæ, luxuriæ, & hujusmodi?

*Solutio*: Ut supra num. 6. fol. 41.

7. *Queritur*: Utrum conjunctis Lunâ cum Cancro, illa constellatio sit causa ventorum à parte septentrionali habentium qualitates de D H.?


*Solutio*: Ut supra num. 7. ibidem.

8. *Queritur*: Conjunctis omnibus planetis cum Cancro, quis planetarum erit à prædominio; & qualis domus est magis causa pluviarum, frigiditatum, nivium, tonitruum, & cætera hujusmodi?

*Solutio*: Ut supra ibid.

Diximus de quæstionibus extractis à textu hujus libri & secundùm quòd ipsas solvimus per Textum, possunt omnes aliæ quæstiones peregrinæ solvi per textum, applicando ipsas ad Textum, sicut nos fecimus quæstiones suprascriptas; & ista doctrina est multùm utilis & generalis audientibus Medicinam & etiam est utilis non audientibus, eò quia docet invenire causas sanitatum, & infirmitatum, & docet concilium Medicorum ignorantium evitare à casu fortuito. Liber autem istæ per se utilis est; magis tamen utilis est cum Libro, quem fecimus, de Lumine sibi conjuncto, eò quia naturalis est.

Ad Honorem Dei finivit Raymundus istum Librum in monte Pessulano, in Mense Decembris, anno Domini MCCC,



ILLUMINATI

DOCTORIS, ET MARTYRIS

B. RAYMUNDI LULLI.

LIBER DE LEVITATE ET PONDEROSITATE  
Elementorum.

DEUS

IN VIRTUTE TVÆ SVMMÆ VELOCITATIS  
incipit Liber de Levitate, & Ponderositate  
Elementorum.

DE PROLOGO.



D requisitionem Medicorum Ci-  
vitat<sup>is</sup> Neapolitanæ istum tracta-  
tum fecimus, in quo sequimur  
modum *Artis Inventivæ*, & *Tab-  
ule generalis*; Et dividitur Trac-  
tatus iste in duas partes: *Prima*  
pars est de figura, in qua dona-  
mus doctrinam, qualiter Medi-  
ci sciant artificialiter ponderare  
medicinas, secundum quod ele-  
menta sunt gradata in rebus, quæ in medicinis oppo-  
nuntur. *Secunda* pars est de aliquibus quæstionibus de  
Medicina, quarum solutio est difficilis ad intelligen-  
dum, per quas solutiones cognitionem dabimus de se-  
cretis absconditis Naturæ, & dabimus etiam modum ad  
solvendum alias quæstiones.

PARS

# PARS PRIMA

## DE FIGURIS.

1. **I**sta figura est divisa in quatuor figuras, secundum quod quatuor sunt Elementa, scilicet *prima* est de Igne, *secunda* de Aëre, *tertia* de Aqua, *quarta* de Terra. Igitur sequendo modum principiorum Medicinæ, & suarum figurarum, significamus per A. Aërem, per B. Ignem, per C. Terram, per D. Aquã; & utimur figuris Algorithmi; quæ tamen figuræ non multiplicant numerum algorithmalem, sed quælibet per se significat, aliis nihil dans significare, sed significant tantum quartum gradum, tertium, secundum & primum; & ita ingravitant, vel ponderositant, & levitant; Et quia in complexionibus aliqua elementa sunt plus in aliquibus plantis, quam in aliis; sicut ignis, qui habet plus de virtute in pipere, quam alia elementa, ideo quodlibet elementum est in plantis uno quatuor modorum, nam sua prædominatio in aliquibus est in quarto, in aliquibus est in tertio, in aliquibus est in secundo, in aliquibus est in primo: & sic apparet in pipere, in quo ignis est in quarto gradu caloris, & in cinammomo ignis est in tertio gradu, & in fœniculo ignis est in secundo gradu, & in anisso ignis est in primo gradu, & sic de aliis elementis, secundum quod elementa sunt gradata in plantis.

2. Consideramus modum, & artem ponderandi elementa, sequendo ordinem illius gradationis, sicut in pipere, in quo est Ignis in quarto gradu caliditatis; Terra in tertio gradu siccitatis; Aër in secundo gradu humiditatis, & aqua in primo gradu frigiditatis; & sicut Ignis est in pipere in quarto gradu caliditatis, sic est in





PRIMA FIGVRA  
IGNIS.

Ignis	Aër	Aqua	Terra
Aër	Ignis	Terra	Aqua
Aqua	Terra	Ignis	Aër
Terra	Aqua	Aër	Ignis

SECVNDATA FIGVRA  
AERIS.

Aër	Ignis	Aqua	Terra
Ignis	Aër	Terra	Aqua
Aqua	Terra	Aër	Ignis
Terra	Aqua	Ignis	Aër

TERTIA FIGVRA  
AQUÆ.

Aqua	Terra	Aër	Ignis
Terra	Aqua	Ignis	Aër
Aër	Ignis	Aqua	Terra
Ignis	Aër	Terra	Aqua

QVARTA FIGVRA  
TERRÆ.

Terra	Aqua	Aër	Ignis
Aqua	Terra	Ignis	Aër
Aër	Ignis	Terra	Aqua
Ignis	Aër	Aqua	Terra

est in eodem pipere sua levitas in quarto gradu, & ponderositas siccitatis in tertio gradu in eodem pipere; & hoc idem sequitur de levitate Aëris, quæ est in eodem pipere in secundo gradu; & ponderositas aquæ, quæ est in primo gradu in eodem pipere.

3. Ignis, & Aër habent levitatem, quorum levitas sentiri non potest: Et Aqua, & Terra habent ponderositatem, quæ ponderositas est sensibilis per tactum; & idcirco Nos illam ponderositatem inquirimus, secundum quod complexiones elementorum sunt gradatæ in plantis; Et istam assignationem levitatis, & gravitatis significamus in figura istius scientiæ per figuras algorithmi, & per puncta nigra, & rubea.

4. Quartus gradus gravitatis dividitur in quatuor uncias; & tertius gradus, in tres uncias; & secundus, in duas uncias; & primus valet unam unciam. Unciam quamlibet dividimus in quatuor augustales; sive in quatuor partes grossas; & quamlibet partem grossam, in quatuor partes minutas; & partes grossæ significantur per puncta (a) nigra; & partes minutæ per puncta rubea, secundum quod in cameris figuræ apparet.

5. Sphæræ elementorum sunt quatuor; sphæra terræ est ista, quam terimus pedibus, & in qua vivimus, & significatur per C.; super istam spheram est sphera Aquæ, quæ significatur per D., & super spheram aquæ est sphera Aëris, quæ significatur per A., & super spheram aëris est sphera Ignis, quæ significatur per B.; & vocamus primam spheram, istam in qua sumus; secunda sphera est Aquæ; tertia est Aëris; quarta est Ignis.

6. Motus, quem elementa habent, est ratione levitatis, & ponderositatis, & quia habent levitatem, & ponde-

(a) Ob defectum colorum partes grosse significantur per puncta magna, & minuta per parva.

ponderositatem, moventur ad suas sphaeras, sicut ignis, qui est inferius, qui movetur cum sua levitate ad suam sphaeram, quae est suum centrum; & quia est conjunctus, & compositus cum aere, & cum terra, & cum aqua, movetur cum illis ad suum centrum, secundum quod in vaporibus est plus de essentia ignis, quam de aliis elementis; & quando est superius descendit inferius cum ponderositate aquae, & terrae, cum quibus est conjunctus, & descendit in actione pluviae, venti, nivis, & roris; habentibus aquam, & terra appetitum ad proprias sphaeras.

7. Ignis ascendens, & descendens, secundum quod dictum est, habet plus de levitate in quibusdam sphaeris, quam in aliis, sicut in sphaera aquae, in qua magis est levis, quam in sphaera terrae, & in sphaera aeris, quam in sphaera aquae; & in sua sphaera, quam in sphaera aeris. Et hoc idem sequitur de aliis elementis; sicut aer, qui est magis levis in sua sphaera, quam in sphaera ignis; & in sphaera aquae, quam in sphaera terrae; & idem sequitur de terra, quae non est tam gravis in sphaera ignis, quam in sphaera aeris, & in sphaera aeris, quam in sphaera aquae; & hoc est, quia est propinquior ad suum centrum in sphaera aeris, quam in sphaera ignis; & in sphaera aquae, quam in sphaera aeris; & ideo terra, quanto propinquior est ad suum centrum, est magis mobilis, & movens; & hoc apparet in lapide, qui descendit, & in sagitta, quae graviter ascendit superius.

8. Secundum quod habemus significatum, apparet qualiter levitas ignis, quae est in quarto gradu caloris in pipere, est deorsum, ut in figura primi gradus, in sphaera terrae; in figura secundi gradus, in sphaera aquae; in figura tertii gradus, in sphaera aeris; & in figura quarti gradus, in sphaera ignis; itaque una & eadem mensura levitatis est major, & minor in una sphaera,

sphæra, quàm in alia, secundùm quod dictum est: & hoc idem sequitur de levitate aëris, & de gravitate aquæ, & terræ.

## DE SPHÆRA IGNIS.

1. **I**sta figura est divisa in quatuor figuras. *Prima* significat aliquam plantam, quæ est in quarto gradu caliditatis; in tertio siccitatis; in secundo humiditatis; & in primo frigiditatis; & ista figura est divisa in XVI. cameras, secundùm quod in ea apparet. *Secunda* figura significat aliquam plantam, quæ est in tertio gradu caliditatis; in secundo siccitatis; in primo humiditatis; & frigiditas est in illa ingradata. *Tertia* figura significat aliquam plantam, quæ est in secundo gradu caliditatis; in primo siccitatis; & aër, & aqua sunt in eadem planta ingradati. *Quarta* figura significat aliquam plantam, quæ est in primo gradu caliditatis; & alia elementa sunt in eadem planta ingradata, ut apparet in subsequentibus figuris.

## DE FIGURA QUARTI GRADUS CALORIS.

2. **I**sta figura dividitur in quatuor partes. *Prima* est quarti gradus, *secunda* tertii, *tertia* secundi, & *quarta* primi; & etiam quælibet pars dividitur in quatuor cameras, secundùm quod in figura apparet.

In prima parte sunt istæ figuræ levitatis & significant unum eundem gradu levitatis, quæ valent quatuor unicas levitatis.



Secunda pars est levitatis quæ continet istas figuras quæ valent pondus trium unciarum gravitatis.



Tertia pars est levitatis continens istas figuras quæ valent duas uncias levitatis.



Quarta pars est gravitatis continens istas figuras quæ valent unam unciam ponderositatis.



### DE FIGURA TERTII GRADUS CALORIS.

3. **I**sta figura est divisa in quatuor partes, & quælibet pars dividitur in quatuor cameras, secundum quod in ea apparet.

Prima pars est levitatis continens istas figuras quæ valent tres uncias levitatis.



Secunda pars est gravitatis continens istas figuras, quæ valent duas uncias gravitatis.



Tertia pars est levitatis continens istas figuras, quæ valent unam unciam levitatis.



Quarta pars est gravitatis continens istas figuras, quæ valent tres partes grossas gravitatis.



**DE FIGURA SECUNDI GRADUS CALORIS.**

3. **I**sta figura est divisa in quatuor partes &c.  
 Prima pars est levitatis continens istas figuras, quæ valent duas uncias levitatis.



Secunda pars est gravitatis continens istas figuras, quæ valent unam unciam gravitatis.



Tertia pars est levitatis continens istas figuras, quæ valent tres partes grossas levitatis.



Quarta pars est gravitatis, continens istas figuras, quæ valent duas partes grossas gravitatis.

**DE FIGURA PRIMI GRADUS CALORIS.**

4. **I**sta figura est divisa in quatuor partes, & quælibet pars dividitur in quatuor cameras, secundum quod in ea apparet.

Prima pars est levitatis continens istas figuras, quæ valent unam unciam levitatis.



Secunda pars est gravitatis continens istas figuras, quæ valent tres partes grossas gravitatis.



Tertia pars est levitatis continens istas figuras, quæ valent duas partes grossas levitatis.



Quarta pars est gravitatis continens istas figuras, quæ valent unam partem grossam gravitatis.




# DE SPHÆRA AERIS.

1. **I**sta figura est divisa in quatuor figuras. Prima significat aliquam plantam, quæ est in quarto gradu humiditatis; in tertio caliditatis; in secundo frigiditatis; & in primo siccitatis; & etiam est divisa (sicut reliquæ) in XVI. cameras. Secunda figura significat aliquam plantam, quæ est in tertio gradu humiditatis; in secundo caliditatis; in primo frigiditatis, & siccitas est in illa ingradata. Tertia figura significat aliquam plantam, quæ est in secundo gradu humiditatis; in primo caliditatis; & aqua & terra sunt ingradata. Quarta figura significat aliquam plantam, quæ est in primo gradu humiditatis; & ignis, aqua, & terra sunt in eadē ingradata; & in ista figura etiam significantur gravitates, & levitates illarum plantarum.

## DE FIGURA QUARTI GRADUS HUMIDITATIS.

2. **I**sta figura est divisa in quatuor partes, & quælibet pars dividitur in quatuor cameras &c.

Prima pars est levitatis, & continet istas figuras quæ valent quatuor uncias levitatis.



Secunda pars est levitatis, & continet istas figuras, quæ valent tres uncias levitatis.



Tertia pars est gravitatis, & continet istas figuras, quæ valent duas uncias gravitatis.



Quarta pars est gravitatis & continet istas figuras, quæ valent unam unciam gravitatis.





DE FIGVRA TERTII GRADŪS HVMI-  
ditatis.

3. **I**sta figura est divisa in quatuor partes, & quælibet &c.


Prima pars est levitatis & continet istas figuras quæ valent tres uncias levitatis.



Secunda pars est levitatis continens istas figuras, quæ valent duas uncias levitatis.



Tertia pars est gravitatis continens istas figuras, quæ valent unciam unam gravitatis.



Quarta pars est gravitatis continens istas figuras, quæ valent tres partes grossas gravitatis.



DE FIGVRA SECVNDI GRADŪS HVMI-  
ditatis.

4. **I**sta figura est divisa in quatuor partes, & quælibet &c.

Prima pars est levitatis, & continet istas figuras, quæ valent duas uncias levitatis.



Secunda pars est levitatis continens istas figuras, quæ valent unam unciam levitatis.



Tertia pars est gravitatis continens istas figuras, quæ valent tres partes grossas gravitatis.



Quarta pars est gravitatis continens istas figuras, quæ valent duas partes grossas gravitatis.



## DE FIGURA PRIMI GRADUS HUMIDITATIS.

5. **I**sta figura est divisa in quatuor partes, & quælibet &c.

Prima pars est levitatis continens istas figuras, quæ valent unam unciam levitatis.



Secunda pars est levitatis continens istas figuras, quæ valent tres partes grossas levitatis.



Tertia pars est gravitatis continens istas figuras, quæ valent duas partes grossas gravitatis.



Quarta pars est gravitatis, continens istas figuras, quæ valent unam partem grossam gravitatis.



## DE SPHÆRA AQUÆ.

1. **I**sta figura est divisa in quatuor figuras &c.

Prima figura significat aliquam plantam, quæ est in quarto gradu frigiditatis; in tertio humiditatis; in secundo siccitatis; & in primo caliditatis.

Secunda figura significat aliquam plantam, quæ est in tertio gradu frigiditatis; in secundo humiditatis; & in primo siccitatis; & ignis est in illa ingradatus.

Tertia figura significat aliquam plantam, quæ est in secundo frigiditatis; in primo humiditatis; & terra & ignis sunt in eadem ingradati.

Quarta figura significat aliquam plantam, quæ est in primo gradu frigiditatis, & aer, terra, & ignis sunt ingradati; & in ista significatione significantur, gravitates, & levitates illarum plantarum.

DE

DE FIGURA QUARTI GRADUS FRIGIDITATIS.

2. **I**sta figura est divisa in quatuor partes, & quælibet pars &c.

Prima pars est gravitatis continens istas figuras, quæ valent quatuor uncias gravitatis.



Secunda pars est levitatis continens istas figuras quæ valent tres uncias levitatis.



Tertia pars est gravitatis continens istas figuras, quæ valent duas uncias gravitatis.



Quarta pars est levitatis continens istas figuras, quæ valent unam unciam levitatis.



DE FIGURA TERTII GRADUS FRIGIDITATIS.

3. **I**sta figura est divisa in quatuor partes, & quælibet pars &c.


Prima pars est gravitatis continens istas figuras, quæ valent tres uncias gravitatis,



Secunda pars est levitatis continens istas figuras, quæ valent duas uncias levitatis.



Tertia pars est gravitatis continens istas figuras, quæ valent unam unciam gravitatis.



Quarta pars est levitatis continens istas figuras, quæ valent tres partes grossas levitatis.



## DE FIGVRA SECYNDI GRADŪS FRIGIDI- tatis.

4. **I**sta figura est divisa in quatuor partes, & quæ-  
libet pars &c.

Prima pars est gravitatis  
continens istas figuras, quæ va-  
lent duas uncias gravitatis.




Secunda pars est levitatis  
continens istas figuras, quæ va-  
lent unam unciam levitatis.



Tertia pars est gravitatis  
continens istas figuras, quæ va-  
lēt tres partes grossas gravitatis.



Quarta pars est levitatis  
continens istas figuras, quæ va-  
lent duas partes grossas levitatis.



## DE FIGVRA PRIMI GRADŪS FRIGIDI- tatis.

5. **I**sta figura est divisa in quatuor partes, & quæ-  
libet &c.

Prima pars est gravitatis  
continens istas figuras, quæ va-  
lent unam unciam gravitatis.



Secunda pars est levitatis  
continens istas figuras, quæ va-  
lent tres partes grossas levitatis.



Tertia pars est gravitatis  
cōtinens istas figuras, quæ valēt  
duas partes grossas gravitatis.



Quarta pars est levitatis  
cōtinens istas figuras, quæ valēt  
unam partem grossam levitatis.



## DE SPHÆRA TERRÆ.

**I**sta figura est divisa in quatuor figuras, & quælibet &c. Prima figura significat aliquam plantam, quæ est in quarto gradu siccitatis; in tertio frigiditatis; in secundo caliditatis, & in primo humiditatis. Secunda figura significat aliquam plantam, quæ est in tertio gradu siccitatis; in secundo frigiditatis; in primo caliditatis; & aër est in illa planta ingratus. Tertia figura significat aliquam plantam, quæ est in secundo gradu siccitatis; in primo frigiditatis; & ignis, & aër sunt in ipsa planta ingrati. Quarta figura significat aliquam plantam, quæ est in primo gradu siccitatis; & aqua, ignis, & aër sunt in ipsa planta ingrati: & in ista significatione significantur gravitates, & levitates illarum plantarum.

DE FIGURA QUARTI GRADUS SICCI-  
tatis.

**I**sta figura est divisa in quatuor partes, & quælibet pars &c.

Prima pars est gravitatis continens istas figuras, quæ valent quatuor uncias gravitatis.




Secunda pars est gravitatis continens istas figuras, quæ valent tres uncias gravitatis.



Tertia pars est levitatis continens istas figuras, quæ valent duas uncias levitatis.



Quarta pars est levitatis continens istas figuras, quæ valent unciam unam levitatis.



R

DE

DE FIGURA TERTII GRADUS SICCI-  
tatis.

3. **I**sta figura est divisa in quatuor partes, & quaelibet &c.

Prima pars est gravitatis continens istas figuras, quæ valent tres uncias gravitatis.



Secunda pars est gravitatis continens istas figuras, quæ valent duas uncias gravitatis.



Tertia pars est levitatis continens istas figuras, quæ valent unam unciam levitatis.




Quarta pars est levitatis continens istas figuras, quæ valent tres partes grossas levitatis.




DE FIGURA SECUNDI GRADUS SICCI-  
tatis.

4. **I**sta figura est divisa in quatuor partes, & quaelibet &c.

Prima pars est gravitatis continens istas figuras, quæ valent duas uncias gravitatis.



Secunda pars est gravitatis continens istas figuras, quæ valent unam unciam gravitatis.



Tertia pars est levitatis continens istas figuras, quæ valent tres partes grossas levitatis.



Quarta pars est levitatis continens istas figuras, quæ valent duas partes grossas levitatis.



## DE FIGURA PRIMI GRADUS SICCI- tatis.

5. **I**sta figura est divisa in quatuor partes, & quælibet &c.


Prima pars est gravitatis continens istas figuras, quæ valent unam unciam gravitatis.



Secunda pars est gravitatis continens istas figuras, quæ valent tres partes grossas gravitatis.



Tertia pars est levitatis continens istas figuras, quæ valent duas partes grossas levitatis.



Quarta pars est levitatis continens istas figuras, quæ valent unam partem grossam levitatis.



## DE SECUNDA PARTE,

### QUÆ EST DE QUÆSTIONIBUS.

1. **C**ompleta est figura ponderositatis, & dedimus doctrinam, per quam Medici sciant ponderare medicinas, & easdem medicinas artificialiter graduare secundum modum figuræ de gradibus gradatæ de complexionibus, sicut ista est gradata de gradibus gravitatis, & levitatis.

2. Debent Medici considerare loca, in quibus vivunt substantiæ vegetatæ, sicut Piscis qui vivit in aqua, & Chamæleon, qui vivit in aëre, & Salamandra quæ vivit in igne, & Serpens & Talpa in terra; & ideo, licet piper in se plus habeat de levitate, quàm de ponderositate, tamen propter hoc, quia est quid vegeta-

getatum, non potest ascendere superius; unde habet appetitum ad standum in isto loco, in quo sumus, qui locus est appropriatus ad omnem vegetationem; sed quando piper est pulverizatum, & sua vegetatio est destructa, tunc ignis & aer ipsius ascendunt superius per vapores, & in figura atomorum, quæ ascendunt superius, secundum quod apparet in radio Solis, dum intrat in cameram, in qua ex illis atomis aliqua ascendunt superius, & aliqua descendunt inferius, secundum quod habent plus de gravitate, aut levitate.

3. In ista parte solvemus triginta quæstiones de Medicina, secundum modum figuræ T. quæ est in Principiis Medicinæ, cum qua figura Homo adiuvet secreta naturæ, & exaltat intellectum ad intelligendū subtilitates, sine quibus illa secreta non possent intelligi.

## QUÆSTIO I.

**Q**uæritur: *De Medicina, quæ est frigida naturaliter, & est calefacta & recepta in actu caloris; quando amittit actum caloris, quem per accidens habet, qualiter sua frigiditas redit de potentia in actum; & per quod redit sive revertitur illa frigiditas? Nam per calorem contingit redire, & hoc videtur inconueniens, quod frigiditas redeat de potentia in actum per calorem, cum calor & frigiditas sint contraria.*

*Solutio* Istius quæstionis est ista: Lactuca est medicina frigida & humida, & sua frigiditas est in actu; & quando est comesta, substantia eius est calefacta, cum ita sit, quod calor sit instrumentum, per quod fit dissolutio specierum, quia Ignis est illud elementum, quod diffundit & dividit partes substantiarum unam ab alia: & ideo ille calor est instrumentum, cum quo fit dissolutio substantiæ; quod instrumentum movetur ratione agen-



re agentis naturalis, qui generat humidum nutrimenta-  
 le, transmutando res de una specie in aliam, propter  
 hoc ut de illo humido vivat humidum radicale; & in  
 illa transmutatione lactucæ, ejus materia dimittit suam  
 speciem, & subintrat in speciem carnis, & est subjectum  
 frigiditatis essentialis lactucæ, quæ frigiditas stat in ea  
 in potentia, dum materia naturalis ipsius lactucæ est  
 calefacta, & revertitur in actum in frigiditate naturali  
 factâ transmutatione unius speciei in aliam; sicut de  
 duabus medicinis, de quibus fit decoctio, unâ calida in  
 quarto gradu caliditatis, & alia frigidâ in quarto gradu  
 frigiditatis, primus gradus caliditatis, qui stat sub quar-  
 to gradu frigiditatis, redit ad quartum gradum ca-  
 loris; & primus gradus frigiditatis, qui stat sub quarto gradu  
 caliditatis redit ad quartum gradum frigiditatis. Et de  
 hoc datur doctrina in figura de gradibus Medicinæ. Non  
 est ergo inconveniens, quòd frigiditas redeat de poten-  
 tia in actum cum calore, ex quo calor sit instrumentum  
 illius reductionis, propter hoc quòd non sit sinè trans-  
 mutationibus specierum de una substantia in aliam: Et  
 illa frigiditas, quæ est humidi radicalis, attrahit ad se  
 frigiditatem, quæ venit de humido nutrimentali; sicut  
 quartus gradus frigiditatis, qui attrahit ad se primum,  
 qui erat, sive stabat mortificatus sub primo gradu ca-  
 liditatis.

## QUÆSTIO II.

**Q**uæritur De cibo comesto, quando convertitur in mē-  
 bra Corporis, an dimittat omnes suas qualitates,  
 vel non? Sicut Homo, qui comedit carnes Arietis  
 cum alliis; & quia sunt alliis magis calida, quàm car-  
 nes Arietis; Quæritur, an alliis plus calefaciant mem-  
 bra illa, in qua convertuntur de una specie in aliam,  
 quàm carnes Arietis, qua sunt transsubstantiata in car-  
 nes hominis?

Solu-

*Solutio* : Sicut in Hostia Sancta fit transmutatio de una specie in aliam, secundum quod materia, quæ stat sub specie panis, transmutatur miraculosè sub specie carnis Jesu-Christi Domini nostri, & illa transmutatio non posset fieri, si tota materia non denudaretur à materia panis; sic secundum cursum naturalem, materia cibi, quæ comeditur, non posset transmutari de una specie in aliam, nisi penitus denudata esset ab illa specie; & per hoc oportet, quòd cibus dimittat totam speciem, in qua erat priùs quàm subintret aliam speciem, cum non dimittat qualitates, cum quibus intrat de una specie in aliam, scilicet caliditatem, frigiditatem, humiditatem, & siccitatem, quæ qualitates veniunt consignanter, cum qualitatibus, cum quibus intrant; & cum conversio, & digestio & continuatio est facta, cibus penitus amittit suam speciem primam, & cum est conversus in carnem, perdit omnes suas qualitates in quantum tales species, & illæ qualitates convertuntur cum convertimento materiæ in qualitates interiores, sicut materia, quæ est extra, est conversa in materiam interiorem, & illa materia interior stat sub specie humidi radicalis, & humidi nutrimentalis, sicut terra in plantis sub pluribus speciebus; & calor humidi radicalis habet majus nutrimentum, & majorem sustentationem de calore, qui venit de specie Allii, quàm de specie Arietis, & illi duo calores, sunt duo calores intensè stantes continuè in uno calore nutrimentali, unde vivit calor naturalis.

## QUÆSTIO III.

**Q**Uæritur : *An Medicina laxativa laxet per formam specificam, vel an laxet ratione proportionis, quæ est inter attrahens, & attractum; sicut calamita, qua attrahit ferrum ad se; Et de hac quæritur si attrahit.*

trahit ratione forma specifica, vel si attrahit ratione proportionis, & concordantia, quæ est inter terram calamitam, & terram quæ est in ferro, quæ abundat plus in eis, quàm aliquod aliud elementum; & hoc idem de qualitatibus terra, scilicet de siccitate, & frigiditate, quæ sunt in majori abundantia in calamita, & in ferro, quàm qualitates aliorum elementorum?

1. *Solutio*: Calamita habet formam specificam, sicut Homo, & Leo, & Flores; sed forma ferri non est naturalis forma, quia est facta per artificium; & quia materia ferri, non stat sub forma specifica naturali, habet appetitum naturalem standi sub forma specifica naturali, per quem appetitum movetur ad formam specificam & etiam ad complexionem calamitæ, & calamita cum sua forma specifica, & naturali etiam complexione, attrahit ad se ferrum, sicut vegetativa Hominis, quæ stat sub forma specifica, & remissa in ventre Hominis: & ideo materia illius habet appetitum, ut stet sub forma specifica naturali.

2. Hoc idem intelligitur de medicina laxativa, quæ quando est recepta in ventre Hominis, est sua species, masticando, & calefaciendo, artificialiter mortificata, & remissa in ventre Hominis; & ideo materia illius habet appetitum ut stet sub forma specifica naturali, quia dum est calefacta, & mortificata in ventre Hominis est posita in loco, in quo, sua species non potest vivere, sicut Homo qui non potest vivere in igne, nec Piscis in terra; & sic illa materia habet appetitum ad standum in illa forma, quæ vivit in illo loco, in quo materia est posita, & quæ est forma naturalis & specifica, & illa attrahit ad se cum motu complexionis suæ materiæ, quæ venit sicut cholera, quæ attrahit ad se rheubarbarum, & rheubarbarum habet appetitum ad choleram; & fit amborum conjunctio, & propter magnam abundantiam  
cali-

caliditatis, & siccitatis, & passionem frigiditatis, & humiditatis non potest fieri transmutatio rheubarbari in choleram, quia non habent in illa conjunctione proportionem ad temperamentum, nec digestionem; & natura non potest sustinere illam passionem, & fit divisio cholerae, & disjunctio, & exit extra cum rheubarbaro.

## QUÆSTIO IV.

**R**elatum est quòd quedam Puella fuit nutrita veneno, & invenenabat gentes, quæ cum ipsa pertractabant; Et queritur, qualiter poterat fieri, quòd humana Natura, quæ moritur per venenum, possit vivere de veneno; Et adhuc queritur, an hoc possit fieri de alia Puella?

1. *Solutio*: Salamandra vivit in igne, & Talpa vivit in terra: Salamandra vivit in igne per magnam abundantiam & concordantiam caliditatis, & siccitatis, quæ est in igne, & Salamandra: & Talpa vivit in terra propter magnam abundantiam, & concordantiam siccitatis, & frigiditatis, quæ est inter Talpam, & terram; & hoc idem sequitur secundum constellationem corporum supra coelestium de frigiditate, & humiditate mortificatis in caliditate, & siccitate Salamandrae, & propter mortificationem humiditatis & caloris in Talpa.

2. Potest ergo secundum istum modum vivere Domicella de veneno; si fuit concepta sub magna abundantia siccitatis, & frigiditatis, contra humiditatem, & caliditatem, & donando ei victualia in abundantia magnæ siccitatis, & frigiditatis admixta cum veneno de magna complexione sicca, & frigida, mortificatis illis ita sub forma veneni, sicut venenum est mortificatum sub forma thariacæ, tali modo quòd hu-

mi-

midum radicale. Puellæ, in quo multum abundat complexio sicca, & frigida, attrahebat ad se humidum nutrimentale, de quo vivebat, sub magna abundantia complexionis siccæ, & frigidæ, cui attraxioni non poterat contradicere complexio humida, & calida; sicut in Salamandra, in qua non potest contradicere simpliciter complexio frigida, & humida, nec in talpa complexio humida, & calida; & hoc idem est figuratum in complexione calamitæ, & ferri, in quibus est magna proportio, & abundantia complexionis siccæ, & frigidæ; & in Theriaca, in qua abundat complexio calida in magna quantitate contra complexionem frigidam, & complexio sicca, contra complexionem humidam.

## QUÆSTIO V.

**Q**uæritur: *An semen, quod Homo influit in Mulierem, intret formaliter, & materialiter, vel formaliter tantum?*

*Solutio:* Si semen intraret in Mulierem formaliter, & non materialiter, illud semen esset substantia simplex, non composita de forma & de materia, & hoc est impossibile: intrat ergo semen cum propria forma, & cum propria materia, unde constituitur humidum radicale, quod est intensum, & extensum in humidum nutrimentale; sicut ignis, qui extenditur in aërem, in quem intrat formaliter & materialiter; & cuprum in argentum, cum fit denarius; & aqua in vinum; & ita de alijs rebus similibus istis: & illud humidum nutrimentale, quod transmittitur formaliter in semine hominis, dimittit suam speciem, & transubstantiatur in speciem feminis hominis, quod est humidum radicale, si sperma est masculus; & si est foemina, semen hominis missum in specie masculi dimittit suam masculinitatem, sicut cibus dimittit suam speciem, & trans-

transmutatur in speciem Mulieris ; & hoc est significatum in flamma, & in carbone ignis, quæ flamma diffunditur in multiplicatione carbonis, remanente illâ flammâ primâ, quæ exivit de lapide, & de ferro, quæ se extendit formaliter, & materialiter in flamma, quæ exit de carbone, quæ venit de potentia in actum, quæ convertitur in numerum flammæ primæ, intrando in illam formaliter, & materialiter: & ideo Homo, qui generat alium Hominem, non scindit, nec dividit à se partem sui humidi radicalis, sed, sicut flamma prima, quæ multiplicat suas species in multos cereos accensos de illa, ita quod ipsa non accipit diminutionem, & transmittit suam speciem formaliter, & materialiter, quæ est recepta in substantia composita de forma, & de materia in qua se extendit, ita semen Hominis in Muliere.

## QUÆSTIO VI.

**R**efertur, quòd quadam Mulier intravit in quodam balneum, in quo mali Homines dimisserant semen suum, & illa Mulier sedit super semen illorum Hominum, quod semen intravit in Mulierem, & concepit de illo semine: itaque Mulier non emisit semen de se ipsa in illa conceptione; quare queritur, utrum hoc sit possibile, quod femina possit concipere per talem modum?

**Solutio:** Inter generativum, & generabile oportet esse medium, quod medium oportet esse in tribus speciebus, scilicet medium conjunctionis, medium mensurationis, & medium extensionis, vel extremitatum: Medium conjunctionis convenit esse propter hoc, quod generare sit constitutum de generativo & generabili: Et medium mensurationis oportet ibi esse, ut generare sit proprie à generativo, sicut à gene-

generabili: medium etiam extremitatum convenit esse, ut per totum illum motum sit generare terminatum inter generativum, generabile, & generare. Istæ tres species mediæ non fuerunt in conceptione illius foeminae, sine quibus illa foemina nequivit concipere: propter quod, illud, quod relatum est de ea, est impossibile, quod sit veritas.

2. Convenit adhuc ad generandum, secundum cursum naturæ, quod generabile non generet se ipsum, & si faceret, ipsummet fuisset generativum, & generabile in uno eodem numero, quod est impossibile; Et adhuc, ad generare oportet esse locum proprium, & motum proprium, & ambo unum in alio, & hoc non fuit in Muliere; quare nos non credimus illam opinionem; & adhuc, quia multi sunt modi quos Mulieres habent ad decipiendum Homines.

3. Dicimus adhuc, quod semen Hominis, nisi foemina transmittat semen, & in eodem instanti temporis, non potest extendi in Muliere, & si deficeret in illa extensione & motu, amitteretur virtus embryonis, quia cessaret suus motus, & non esset, qui deduceret eum de potentia in actum, cum Mulier se habeat in generatione per modum passionis, & Homo per modum actionis: Oportet igitur, quod in generatione transmittat Mulier suum semen, ad hoc ut in instanti temporis possit fieri extensio embryonis, sicut intellectus, qui non posset intelligere sine attractione similitudinis generatæ intelligibilitatis; nec

ignis calefacere sine attractione calefactibilitatis;

Et etiam si Mulier semen non mitteret,

non haberet embrio subiec-

sum, in quo converteretur in

speciem Mulieris.

QVÆS.

## QUESTIO VII.

**Q**uæritur: *Quomodo ex tam parvo spermate possint generari tot membra spermatica; cum ita sit, quod omnia membra Hominis sint spermatica, excepta carne, & pinguedine.*

*Solutio:* Sperma est quid intentum, & compositum de principiis intentis, scilicet, Bonitate, Magnitudine, Potestate, instinctu naturali, & appetitu, & aliis; & quodlibet principium habet in se tres proprietates essentielles, quæ sunt de sua essentia, sicut Bonitas, que habet in se, essentielle Bonificativum, Bonificabile, & Bonificare, & Magnitudo essentielle Magnificativum, Magnificabile, & Magnificare, & sic de aliis; & ista principia intensa extenduntur in principiis, quæ inveniuntur in Muliere, & de omnibus in simul componitur embrio; qui extenditur ita in principiis nutrimentalibus quæ veniunt, sicut facit aurum reverberatum in argento, & oleum in aqua; & quia illa principia nutrimentalia, quæ veniunt, multiplicant extensè embrionem, in illo multiplicamento, & in sua extensitate extenduntur membra Hominis & caro, & pinguedo; & quando Homo macrescit restringitur caro, & pinguedo spermatica in extensitate humidæ radicalis spermatici; sicut frigiditas in aqua calefacta, quæ restringitur in substantia aquæ, in qua fugit à colore accidentali; & quando ille calor est in privatione, extenditur frigiditas, in humiditate aquæ, & in siccitate terræ.

## QUESTIO VIII.

**Q**uæritur: *An humidum radicale possit restaurari, vel non?*

*Solutio:* Humidum radicale est conjunctum in planta



planta de potentia elementativa, & vegetativa: Elementativa vivit in vegetativa, sicut Piscis, qui vivit in aqua; Et in animali est humidum radicale adjunctum de potentia elementativa, vegetativa, & sensitiva; & vegetativa, & elementativa, vivunt ita in sensitiva, sicut homo in aere; & in animali rationali vivunt potentia in anima, sicut Salamandra in Igne. Unde sicut divisâ aquâ à pisce, non potest piscis vivere, ita humidum radicale, & elementale non possunt vivere dum sunt divisa à potentia vegetativa; nec humidum radicale Bestiæ potest vivere, cum divisum est à sensitiva; & hoc idem sequitur in animali rationali: Quare humidum radicale non potest restaurari, cum homo amittat suam formam specificam, sine qua humidum radicale non potest vivere.

## QUÆSTIO IX.

**Q**Uæritur: *An ex duabus complexionibus diversis possit fieri æqualitas in pondere & mensura?*

*Solutio:* Conjunctâ aliquâ complexione calidâ in quarto gradu cum alia frigidâ in quarto gradu, & illis duabus substantiis ponderatis in æquali pondere, & in æqualibus mensuris, imaginatio attingit æqualitatem illarum duarum complexionum, secundum quod significatum est in figura de gradibus, & in figura gravitatis, & levitatis; tamen in practica non potest homo efficere complexionem ad æqualitatem, quia ista practica est opus artificiale, & æqualitas complexionum stat in numero naturali; tamen Medicus potest illas complexionem adæquare tantum secundum pondus, & mensuram, quantum est possibilitas illius æqualitatis, secundum opus artificiale, sequendo modum, quem dedimus in figura ponderositatis.

## QUÆSTIO X.

**Q**uæritur: *Si in duobus individuis potest esse æqualitas complexionis, scilicet si duo Homines possunt esse æquales in calore, & sic de aliis complexionibus; & hoc idem potest requiri de duabus plantis, & de duabus bestiis.*

*Solutio:* Differentia est inter unum individuum & reliqua, sine qua differentia ambo individua essent idem numero, & quia differentia stat inter unum individuum, & aliud, oportet stare inter complexiones eorum; & si complexiones eorum possent æquari in pondere & mensura, possent esse illa individua æqualia in quantitate, qualitate, relatione, actione, passione, in tempore, & loco, habitatione, & situatione, & essent perdita inesse differentia de majoritate ad minoritatem, & principium, medium, & finis, concordantia, & contrarietas, quod est impossibile; per quàm impossibilitatem significatur, quòd in duobus individuis non possunt esse complexiones æquales secundum cursum naturalem.

## QUÆSTIO XI.

**Q**uæritur: *An dolor sit tantum ratione mala complexionis. Et si est de vulnere, vel de maceratione, queritur an sit de illa mala complexionem, que est facta per vulnerationem, vel per macerationem tantum?*

*Solutio:* In tribus speciebus potest esse omnis dolor, scilicet per malam complexionem, & per vulnus, & per macerationem; est per malam complexionem, quando impeditus est motus, quem elementa habent unum in aliud cum eorum complexionibus, sicut Ignis, qui movetur cum suo calore, & siccitate in aërem,

tem, & aër cum sua humiditate & caliditate in aquam, & sic de aliis; Unde cum clauduntur vel restringuntur, per grossos humores sua foramina, & elementa non possunt transire unum in aliud, conqueritur instinctus naturalis de quolibet elemento, in quantum amittit suum motum, quæ conquestio apparet in figura doloris.

2. Secunda species doloris stat propter vulnus, qui dolor sentitur in illo tempore, quando factum est vulneramentum, quia instinctus naturalis conqueritur, quando separatur conjunctio, quam partes substantiæ habent una in alia; & complexiones, & elementa non possunt transire per illa loca, per quæ transire solebant, quia perditum est medium conjunctionis, & extremitatum, & mensurationis, & vulneratus & scissus est circularis motus, quem unum elementum habet ad alia: Unde, sic stante illâ scissione, illa disjunctio generat dolorem malæ complexionis, quæ stat in specie primâ doloris, quia clauduntur, & inflantur illæ partes, per quas unum elementum transibat in aliud; & sunt plenæ de humoribus indigestis, & perditur digestio, & secundum appetitum naturalem complangitur humidum radicale de humido nutrimentali, quod non venit sic ad eum, sicut venire solebat.

3. Tertia species doloris est occasionata ratione iētūs conquassantis vasa, & arterias, per quas complexiones transibant ad invicem, una in aliam substantiam illarum, & generantur opilationes in illo loco, & de illo generatur mala complexio, de qua venit dolor, & complangunt se arteriæ, & vasa plena malarum complexionum, propter quod, loca illa impediunt motum, & fit tumefactio, in qua congregantur malæ complexiones indigestæ, & illa species doloris stat in prima specie.

QUÆS.

## QUÆSTIO XII.

**Q**uæritur: *Cam dolor sit accidens in quantum est actio vulnerata, & febris sit qualitas, qua vulnerat operationē naturalē, queritur si dolor potest esse febris?*

**R.** *Solutio:* Secundum quod diximus in quaestione superius dicta, tres sunt species doloris, scilicet dolor ex mala complexionē, & dolor ex vulneratione, & dolor per macerationem. Duæ ultimæ species convertuntur in primam; & prima convertitur in infirmitatem, & febrem; quare dolor in principio est conquestio instinctus naturalis, cujus opus est vulneratum, & febris est finis, & privatio illius conquestionis, in quantum destruit subjectum; quare dolor est conquestio intensa, & febris est conquestio extensa, & confusa portans in se speciem doloris confuse; & ideo dolor secundum duas species non potest esse febris in principio, sed est occasio febris in medio, & in fine propter hoc, quod est accidens, per quod generatur mala complexio.

## QUÆSTIO XIII.

**Q**uæritur: *In quot horis fit digestio cibi comesti?*

**R.** *Solutio:* Naturaliter, generaliter, & extensè, & intensè, secundum quatuor loca, quæ sunt in corpore Hominis, fit digestio; & quilibet illorum indiget quatuor horis, secundum quatuor triangulos triangulares complexionum quatuor elementorum. Primus locus est stomachus, in quo fit prima digestio, quæ est grossa, & confusa, & extensa, & incipit digestio in triangulo, qui est de Aëre, & de Igne, & de Terra, & transit per Ignem, qui habet concordantiã cum Aëre, & cum Terra. Secunda hora fit per Terram, quæ habet concordantiam cum Igne & cum Aqua. Tertia hora fit per Aquam, quæ habet concordantiam

cum

cum Aëre, & cum Terra. Quarta hora fit per Aërem, qui habet concordantiam cum Igne, & cum Aqua.

2. Post istas quatuor horas fit digestio in aliis quatuor horis, & in aliis locis, & fit per quatuor triangulos prædictos, & est digestio magis intensa, quam prima, & fit in quatuor locis, scilicet in epate, in corde, in splene, & in cerebro.

3. Tertia digestio, est magis intensa, quam prima & secunda, & fit in quatuor triangulis supradictis, & eget quatuor horis, quia quilibet triangulus indiget habere unam horam, & ista digestio fit in membris Hominis, scilicet in brachiis, in capite, & in aliis membris.

4. Quarta digestio est magis intensa, & eget aliis quatuor horis, quia quælibet hora vult proprium triangulum: ista digestio fit in (vasis) generativis & propter hoc est magis digesta, quam alia, & etiam quia habet inclinationem ad novam digestionem generadam, ut habet sperma, in quo sunt impressæ, & deductæ in potentia alia digestionem; & ita multiplicatur sexdecim horæ, in quibus fit digestio, secundum quod dictum est; tamen secundum quod victualia sunt magis, vel minus digestibilia, & secundum quod calor naturalis est fortior in uno homine, quam in alio, fit digestio in pluribus horis, vel paucioribus, quam superius assignavimus.

## QUÆSTIO XIV.

**Q**uæritur: *An complexionem possint esse in equali gradu in aliqua medicina, scilicet, an caliditas, & siccitas possint esse in equali gradu insimul, & humiditas, & caliditas insimul, & sic de aliis?*

**Solutio:** Quatuor sunt elementa, & quodlibet  
T
habet

habet suam propriam qualitatem, & qualitatem appropriatam: sicut calor, qui est propria qualitas Ignis, & humiditas Aëris, & frigiditas Aquæ, & siccitas Terræ. Et siccitas est qualitas appropriata Igni, & calor, Aëri & humiditas Aquæ, & frigiditas Terræ; & propter hoc qualitates non possunt esse in æquali gradu in aliquo elemento in Medicina; nam si essent perderetur in natura majoritas propriæ qualitatis, & minoritas qualitatis appropriatæ, & hoc natura nō posset sustinere: Opportet ergo, quòd, si calor est in Igne in quarto gradu, siccitas fit in eo in tertio gradu, humiditas in secundo, & frigiditas in primo; & oportet, humiditatem esse in secundo gradu propter hoc, quia Ignis & Aër habent concordantiam; & oportet esse frigiditatem in primo, propter hoc, quia ignis & aqua sunt contraria.

## QUÆSTIO XV.

**Q**uæritur: *Si Homo, quando comedit, debet bibere ante, vel post, vel si debet frequentius bibere in principio plus, quam in fine?*

**I.** *Solutio:* In cibo qui comeditur, est plus de forma, & materia, quàm in vino, vel aqua, quæ bibitur; & quia Homo est arbor inversa quantum ad corpus, debet citius dari materia grossior cholerae, quæ est calida & sicca, quæ moratur in fundo ventriculi, quàm cibus, qui est subtilis, propter hoc, ut vapores ascendant ad cerebrum, qui moratur superius, ad hoc ut fiat in eo digestio complexionis frigida, & humida, & ut phlegma sit digestum in ore stomachi, & ideo ignis ascendit superius, & aqua descendit inferius, & stat melancholia supra sanguinem & descendit inferius propter ponderositatem, & sanguis ascendit superius propter levitatem; Et quia Homo est arbor inversa, & virtus sphaerarum elementorum a situata est in Homine

mine adversaliter, scilicet quòd virtus sphaerae ignis stat deorsum, & virtus sphaerae aeris stat inferius, & virtus sphaerae aquae stat superius, & virtus sphaerae terrae stat superius, propter hoc assituantur quatuor membra principalia Hominis secundum inversionem assituationis virtutum sphaerarum, ita quod hepar stat magis inferius, & splen supra hepar, & cor supra splenem, & cerebrum supra cor; & propter hoc, ut complexiones sint participantes inter se, una cum alia, oportet esse hepar complexionis humidæ & calidæ propter hoc, quia humiditas stat sub frigiditate, & oportet esse splen complexionis siccae, & frigidæ propter hoc, quia frigiditas stat sub siccitate; & oportet esse cor complexionis calidæ, & siccae propter hoc, quia siccitas stat sub caliditate; & oportet cerebrum esse complexionis frigidæ & humidæ propter hoc, quia caliditas stat sub humiditate.

2. Unde considerando modum istius assituationis adversae sphaerarum, significatur, quòd citius Homo debet comedere, quàm bibere, & plus bibere in fine, quàm in principio, & propter hoc appetitiva habet citius motum in sanis Homnibus ad comedendum, quàm ad bibendum, quia citius patiuntur famem, quàm sitim: & propter hoc debet citius comedere, quàm bibere; sed in infirmis sequitur contrarium, quia citius sitiunt, quàm famescunt, & propter hoc Medicus debet citius dare infirmo ad comedendum quàm ad bibendum, ut assuefiat appetitus infirmi ad sanitatem, & ad ordinationem naturalem.

## QUÆSTIO XVI.

**Q**uæritur: *An nutrimentum fiat ex solo sanguine, vel an fiat de sanguine cum aliis humoribus?*  
*Solutio: Nutrimentum, quod Homo accipit de cibus*

cibus comestis, est de quatuor elementis, & eorum complexionibus; & propter hoc oportet, quod sit de quatuor humoribus, & in quolibet humore remaneat actio & passio, & motus naturalis; & nisi esset de aliis humoribus, tunc qualitates eorum propriæ & appropriatæ essent otiosæ, quam otiositatem, Natura non potest sustinere, quia sustineret vacuitatem: Est ergo nutrimentum de quatuor humoribus; & sicut in Medicinis sunt elementa gradata, sic sunt gradata in humoribus, & secundum quod cibus est gradatus de complexionibus, sic est gradatum nutrimentum, quod Homo accipit de cibus in quatuor humoribus:

## QUÆSTIO XVII.

**Q**Uæritur: *An scientia sit in arbitrio, quod Medicus habet in considerando sanitatem, & procurando illam, secundum suum arbitrium arbitrando veritatem.*

*Solutio:* Scientia est præcipuè duplex, scilicet scientia infusa, & scientia acquisita; Prima, scilicet infusa est illa, quæ influitur à Deo per gratiam; secunda, nempe acquisita, est illa, quam Homo habet per Doctores. In medio istarum duarum scientiarum stat quidam alius habitus scientiæ, qui sapit ad quamlibet dictarum duarum scientiarum, & ista est deliberatio, & discretio, quam Medicus habet in cognoscendo sanitatem, & in procurando illam, secundum significationem, quam Natura significat in dispositione Infirmi, & medicinarum, & regionis, loci, & temporis, & sic de aliis rebus similibus istis. Et ista scientia est necessaria, quia sinè ipsa amitteretur discretio, quam Medicus habere debet, & suppositiones, quas antiqui Medici posuerunt in suis libris, & humana ratio non reciperet influentiam de scientia infu-



infusa, & de scientia acquisita, & istam talem amissionem Natura non posset sustinere in humana ratione, si Medicus non posset facere unum iudicium in concordantia scientiæ infusæ, & acquisitæ, secundum veram arbitrationem de qua vera arbitratione oportet, quod sit scientia.

## QUÆSTIO XVIII.

**Q**uæritur: *Si potest febris de sanguine putrido fieri, secundum quod fit de aliis humoribus, scilicet si sanguis putridus remanet sub forma sanguinis, ita sicut remanent alii humores, quando sunt putridi in aliis formis?*

*Solutio:* In quatuor elementis sunt complexionones contrariæ, & propter hoc convenit, quod sit contrarietas in humoribus; propter quam contrarietatem convenit, quod sanguis putridus remaneat in specie sanguinis propter hoc ut mala ipsius complexio generata habeat propriam speciem, & proprium subjectum, in quo sit sustentata, nam, si esset sub specie extranea & sub extraneo subjecto, sua mala complexio non posset esse contraria bonæ complexionis melancholiæ, nec mala complexio melancholiæ, quæ remanet in proprio subjecto, & in propria specie; & forma non haberet in quo contrariaretur bonæ complexionis sanguinis, & amitteretur contrarietas in opere Naturæ, quam amissionem Natura non posset sustinere: Remanet ergo sanguis putridus in forma sanguinis, & in propria specie, & in subjecto remanente illâ specie sanguinis informatâ.

\*\*\*

QUÆ

## QUÆSTIO XIX.

**Q**uæritur : *Quare febris tertiana habet motum de tertio in tertium diem & quare sanguis putridus generat febrem continuam ; & quare phlegma putridum generat febrem quotidianam , & quare melancholia putrida generat febrem quartanam : adhuc etiam queritur , quare non est febris quintana ? ( a )*

1. *Solutio* : Ad hujus quæstionis solutionem oportet considerare assituationem sphaerarum elementorum , & complexionum , & humores illorum ; & secundum quod aliqua elementa sunt gravia , & aliqua levia ; & secundum quod in aliquibus sphaeris sunt magis gravia , & magis levia , quam in aliis ; & hoc significavimus in figura gravitatis & levitatis : Unde omnibus istis consideratis , & receptis eorum significatis , est solutio declarata istius quæstionis , secundum istum modum .

2. Ignis est calidus , & siccus & quia sua sphaera est superius , & sphaera Terræ est deorsum sub sphaera aquæ , & accipit siccitatem à terra , propter hoc movetur de tertio in tertium diem in tertiana , quia oportet , quod transeat per tres sphaeras , ad hoc ut possit recipere siccitatem à terra ; & quia Ignis est levis propter calorem , & ponderosus propter siccitatem de Terra , est motus cholerae de tertio in tertium diem , ascendente Terrâ ad sphaeram Ignis in levitate caliditatis in transeundo per tres sphaeras , descendente levitate caloris ad sphaeram Terræ cum ponderositate siccitatis . Et quando tertiana simplex conversa est in duplicem , duplicatur levitas , & ponderositas complexionis calidæ , & siccae , & diminuitur levitas , & ponderositas frigida , & humidæ complexionis .

3. Sanguis facit febrem continuam propter hoc , quia sua complexio , est humida & calida , & propter

( a ) *Distincta specie à supra dictis .*

ter istas duas qualitates est levis, & non ponderosa; & quia natura ignis est diffusiva, & natura aëris repletiva, convenit febrem de sanguine fortius continuari, quàm aliqua alia febris; & adhuc quia febris sanguinis est majoris levitatis, & subtilioris materiei, quàm materia alicujus alterius febris.

4. Phlegma generat febrem quotidianam, propter hoc quia est complexionis frigidaë, & humidæ, & propter hoc quia sphaera aquæ, & aëris participant, & est de quolibet die ratione levitatis humiditatis, & ponderositatis frigiditatis, & propter restrictionem frigiditatis, & replementum humiditatis.

5. Quartana est complexionis siccaë, & frigidaë, & invadit de quarto in quartum diem ratione participationis sphaeræ terræ, & aquæ, & propter ponderositatem terræ, & aquæ; & quia motus est tardus in ponderositate, & gravitate; & quia aqua est restrictiva, quæ restringit meatus, per quos transit una qualitas in aliam, impletur terra, in qua est vacuabilitas.

6. Ratio, quare non potest esse febris quintana, neque sextana, est propter hoc, quia non est quintum elementum, nec sextum, quia si fuissent, fuissent febres quintana, & sextana, sicut est tertiana, & quotidiana, & continua, & quartana. Est adhuc impossibile, quòd sit febris quintana, quia esset impeditum subjectum februm superius dictarum, & ordinatio, quam illæ habent secundum levitatem, & gravitatem, & secundum participationem sphaerarum, & motum complexionum.

## QUÆSTIO XX.

**Q**uæritur: *Quis in generatione Hominis habeat majorem delectationem, Masculus, vel Fœmina?*

*Solutio:* Homo est calidioris complexionis, quàm **Mulier**, & natura ipsius est fortior, & in illo actu est

plus

plùs de liberalitate, quàm in Muliere, & plùs de motu; & adhuc quia Homo incipit primitùs, & in illo actu, homini convenit forma, & mulieri materia; & propter hoc quia meliorem naturam habet forma quàm materia, & finis formæ habet magis intensam virtutem quàm finis materiæ, ideo est magis nobilis, & major finis formæ, quàm finis materiæ: Quare secundum omnes istas rationes, & multas alias significatum est, quòd Homo habet plùs de complacentia, & delectatione in illa conjunctione, quàm Mulier; & propter hoc homines diligunt magis intensè mulieres, quàm mulieres homines; & frequentius transmittunt semina, quàm mulieres; & propter hoc mulieres ratione materiæ, & quia non transmittunt toties semina, sicut homines, diligunt multos homines intensè, & confusè secundum cursum naturæ.

## QVÆSTIO XXI.

**Q**Uæritur: *An calor naturalis Pueri sit ita magnus, sicut calor Juvenis?*

*Solutio:* Secundum cursum Naturæ, calor naturalis, quantum est de se, est ita magnus in parvulo, sicut in juvene, sed quia inter eos stat differentia, & homo juvenis habet magis perfectam ætatem, quàm parvulus; juvenis habet majorem calorem naturalem, quàm puer in extensitate; quia in quantum habet majus corpus, & membra majora, habet suus calor majus subiectum, quàm calor pueri; sicut ignis, qui est major secundum quantitatem lignorum, & secundum siccitatem, quam habent, quàm ignis, qui non habet tantum de materia sicca, sed est sua materia viridis; & propter hoc juvenis habet majorem digestionem, & majorem appetitum, quàm puer, & est magis fortis, & habet plures alias proprietates, per quas significatur, quòd suus calor est major quàm calor pueri.

QUÆ

## QUÆSTIO XXII.

**Q**uæritur: *An inter infirmitatem, & sanitatem sit medium, ita quòd sit aliquis Homo, qui nec sis sanus, nec aeger?*

1. *Solutio*: Inter infirmitatem, & sanitatem est medium conjunctionis & extremitatum: medium conjunctionis est considerandum secundum regiones, & complexiones; sicut Homo, qui habet sanum unum membrum, & aliud infirmum, id est patitur malum in uno pede, & non in alio, vel patitur dolorem in capite & non in manu, vel habet malam complexionem per calorem & siccitatem, & bonam per frigiditatem & humiditatem, & in medio istorum duorum contrariorum stant majoritas, & minoritas sanitatis, & infirmitatis; Nam si in æqualitate sanitas & infirmitas conjungerentur, amitterentur eorum species, & esset in illa conjunctione æqualitas mensurarum, & esset Homo sanus, & infirmus in omnibus diebus suis, sine aumento sanitatis, & infirmitatis, & esset immortalis propter sanitatem, & mortalis propter infirmitatem, & viveret, & moreretur in uno, & eodem tempore, & hoc est impossibile, & contradictio.

2. Medium extremitatum, quod est inter sanitatem, & infirmitatem, est compositum de majoritate, & minoritate de concordantia, & contrarietate, & de diversis finibus, & principiis, & de partibus substantialibus, & accidentalibus, sicut in corpore alicujus Hominis, in quo peccat aliqua complexio contraria illi, quæ conservat sanitatem; & quia complexiones sunt una in alia extensè in corpore, est illa sanitas, & infirmitas extensa per totum corpus, sicut vinum, quod est per totam aquam, & aqua per totum vinum in vase; tamen sicut in vase potest esse plus de vino, quàm de aqua, vel plus de aqua, quàm de vino, sic

V.

in

in illo corpore potest haberi plus de sanitate, quàm de infirmitate, vel plus de infirmitate, quàm de sanitate.

## QUÆSTIO XXIII.

**Q**uæritur: *Quare in Æstate multiplicatur cholera? Nam verosimile videtur, quòd phlegma debet multiplicari in Æstate, quia tunc Homo habet magis debilem digestionem, quàm in Hyeme, in quo multiplicatur phlegma; & adhuc quia Homo in Æstate comedit fructus, qui sunt magis convertibiles in phlegma, quàm in choleram.*

*Solutio:* In igne sunt duæ qualitates; per unam est activus naturaliter, & per aliam est passivus: est activus per calorem, cum quo calefacit aërem, aquam, & terram; est passivus per siccitatem in quantum recipit illam à terra; sed quia terra dat igni illam siccitatem sub forma actionis, ut in eo multiplicet suam similitudinem, & ut ignis desiccet aërem, qui est contra terram, habet ignis actionem per siccitatem, cum qua desiccet aërem, & aquam, & removet à terra humiditatem, & frigiditatem aquæ; propter quod separatamentum stat terra in majori intensitate siccitatis; & quia in Æstate Sol, habet majorem concordantiam cum igne, quàm cum aliis elementis, propter hoc quia habet talem calorem, & lucem, sicut ignis, & stat in Æstate plus in loco in quo sumus, quàm in Hyeme, propter hoc juvat ignem contra phlegma, & propter hoc multiplicatur cholera in Æstate, & diminuitur phlegma, propter quam diminutionē recedit restrictio meatuum, & pororum, quia aqua est restrictiva, & exeunt vapores de corpore, & in illo exitu exit calor naturalis, & ille qui remanet, est in minori quantitate, in tantum quantum cholera est in majori quantitate, &

& phlegma in minori, & perditur digestio propter magnam abundantiam caloris, & siccitatis, & per parvam frigiditatem, & humiditatem; & illud perditum non potest restaurari propter fructus, qui comeduntur in Æstate, qui temperant in quantum possunt calorem naturalem materialiter; sed propter magnam abundantiam caliditatis, & siccitatis, & quia fructus multiplicat materiam frigiditatis passivam, augetur calor, sicut Faber, qui cum aqua in fornace multiplicat ardorem carbonis; & licet fructus non possint multiplicare choleram primario; tamen sunt actio ad multiplicationem illius, sicut Vasallus, qui quanto magis multiplicat verba contra Dominum, plus multiplicat illa verba iram in Domino, per quam multiplicationem multiplicat actionem in Domino, & passionem in servo.

## QUÆSTIO XXIV.

**Q**uæritur: *An sit veritas, quòd Planeta habeant ita magnam actionem in Homine infirmo, quòd, si infirmitas est parva secundum dispositionem complexionum, infirmus moriatur propter magnam actionem Planetarum; vel, si Homo patitur magnam infirmitatem propter dispositionem complexionum, quòd Infirmus liberetur à morte propter magnam actionem & virtutem Planetarum?*

*Solutio:* Humidum radicale vivit de humido nutrimentali, sicut lumen lampadis quod vivit de oleo, & ideo humidum nutrimentale venit ad radicale secundum ordinationem, & dispositionem complexionum fortiùs, quàm secundum ordinationem Planetarum; & hoc accidit, quia humidum radicale, & nutrimentale non sunt de essentia Planetarum, & propter hoc sanitas, & infirmitas sunt in majori contrarietate

rietate secundum complexionem, & humores, quam secundum Planetas; Tamen, sicut lumen propter magnam abundantiam venti extinguitur, quandoque fit per magnam abundantiam virtutis de Planetis advenientem, & de signis, quod aliquoties moriuntur Homines & vivunt, quamvis habeant magnam abundantiam complexionum, & humorum; & talis infirmitas vel sanitas accidit raro, sicut accidit raro, quod lumen sit extinctum in lampade propter ventum, & flamma in carbone.

## QUÆSTIO XXV.

**Q**uæritur: *An Medicina sit necessaria? quia ratione præscientiæ Dei, quæ attingit quidquid est, videtur, quod Medicina non sit necessaria in mundo; nam si Deus scit, quod Infirmus morietur de illa infirmitate, Medicus non potest subvenire; Et si Deus scit, quod Infirmus non morietur de illa infirmitate, non oportet, quod Medicus adjuvet infirmum; quia illud, quod Deus scit, oportet quod sequatur, ut in sua sapientia non sit aliquis defectus.*

*Solutio:* Inter sanitatem, & infirmitatem est contrarietas complexionum, & hoc scimus per experientiam; & illa contrarietas est creatura, quam Dei Sapientia creavit propter aliquem finem, contra quem finem non est suum scire, & propter hoc sapientia Dei non est contra illum finem, quem Dei voluntas diligit, & quia diligit, ideo creavit: & si sapientia Dei esset contra illum finem, finis iste fuisset subjectum, in quo Dei sapientia, & voluntas fuissent contrariæ, & hoc est impossibile; propter quam impossibilitatem est significatum, quod Dei præscientia non est contra Artem Medicinæ, nec Medicus debet considerare in suo officio Dei præscientiam, quia illa consideratio non est



est sui officii, sed debet habere spem in gratia Dei. Et questio ista tenetur ad prædestinationem, & liberum arbitrium, quam solvimus in *Arte Inventiva*, & in *Arte Tabulae Generalis*.

## QUÆSTIO XXVI.

**Q**uæritur: *Qualiter Medicus potest temperare medicinam, quam dat Infirmo; & qualiter potest eam multiplicare?*

1. *Solutio*: In gradibus Medicinæ significatur modus, qualiter Medicus sciat gradare medicinas, cum quibus potest procurare temperamentum illarum, sicut de aliqua medicina calida in quarto gradu, de qua fit temperamentum cum alia medicina, quæ sit in quarto gradu frigiditatis, compensando tamen pondus medicinarum secundum quod jam tradidimus in prima parte hujus tractatûs.

2. Et si Medicus vult facere temperamentum de aliqua medicina, quæ sit in quarto gradu caliditatis, cum aliqua alia, quæ sit in quarto gradu humiditatis, convenit quòd det plus de pondere Medicinæ, quæ est de humiditate, quàm illius, quæ est de calore; propter hoc, quia quartus gradus caloris habet undecim puncta (secundum quod significatum est in figura de gradibus) quando est conjuncta cum medicina, quæ est in quarto gradu humiditatis, quæ non habet nisi novem puncta; & illa majoritas ponderis convenit tantum prævalere, quantum est majoritas numeri de undecim ad novem.

3. Convenit etiam, quòd Medicus consideret in quo gradu est infirmitas, de quo gradu poterit habere notitiam, secundum quod dedimus doctrinam in *Principiis Medicina*; Et si infirmitas est in quarto gradu siccitatis, & in tertio gradu frigiditatis; sanitas stat

in

in secundo gradu caliditatis, & in primo gradu humiditatis; unde contingit dari temperamentum secundum gradum sanitatis, & infirmitatis, multiplicando gradus in medicinis in tantum, quantum stant in infirmitate.

4. Potest etiam Medicus multiplicare medicinam, ut si accipiat aliquam plantam, quæ sit in gradu quarto caliditatis, & aliam in quarto frigiditatis, & aliam in quarto siccitatis; in illa decoctione aqua vincit ignem; propter hoc quia in planta, quæ est in quarto gradu siccitatis, est frigiditas in tertio, & calor in secundo; & propter hoc aqua vincit ignem de uno gradu in illa decoctione, per quod superamentum decoctio tendit ad multiplicandum frigiditatem plus, quam caliditatem.

## QUÆSTIO XXVII.

**Q**uæritur: *An generatio fiat in instanti, vel successive?*  
*Solutio:* Generatio fit duobus modis, scilicet in instanti, & successive: fit in instanti, in quantum humidum radicale convenit, quod sit generatum intense propter hoc, ut motum habeat, & complementum, & quod sit forma specifica generata in uno tempore; sicut sperma, quod Homo transmittit, quod generatur in instanti in illo tempore, quando est casum, & divisum à generante; & generatio, quæ fit successive est extensa, & secundum humidum nutrimentale, de quo radicale accipit vitam & augmentum; sicut in embrione, in quo foemina transmittit successive humidum nutrimentale quo usque generatus est Puer, & habet suum complementum: hoc idem sequitur in planta, sicut semen in terra, quod successive generat radices, truncos, branchas, ramos, folia, & flores, & fructus, & iste fructus cadit in terram, cū accepit.

accepit complementum suum. Ista generatio est successiva, propter hoc quia non fit scissio, nec divisio, secundum quod fit in femine hominis, quod in instanti generatur.

## QUÆSTIO XXVIII.

**Q**uæritur: *Dum Homo est infirmus, ubi est sua sanitas?*

*Solutio:* Sanitas Hominis infirmi est in infirmitate, & infirmitas est in sanitate, sicut caliditas in frigiditate, & frigiditas in caliditate, & hoc est extensè; sed sicut calor est intensè in suo esse proprio, & frigiditas similiter, quia quælibet qualitas habet suum proprium esse, sic sanitas stat in bonis complexionibus sustentata, & infirmitas in malis complexionibus est sustentata, secundum quod complexionibus sunt una in alia ratione subjecti unius cujuslibet, quod est unum in alio.

## QUÆSTIO XXIX.

**Q**uæritur: *Quare opium vulnerat fortius choleram, quam aqua, quam bibit Infirmus, cum sit hoc, quod illa aqua sit multò magis in majori quantitate, quam opium receptum ab Infirmo?*

*Solutio:* Opium habet formam specificam intensam, & aqua habet formam confusam, & extensam, & est materia ad multas formas specificas; sicut terra quæ est in horto est materia ad multas arbores; & propter hoc, quia opium habet formam specificam, habet magis intensam frigiditatem, quam aqua composita, quam Infirmus bibit; & quia cholera stat sub forma specifica, & intensa, est major contrarietas inter ipsam, & opium, quam inter ipsam, & aquam, quia de

de aqua frigiditas radicalis accipit humidum nutri-  
mentale, secundum illum gradum frigiditatis, qui stat  
sub specie cholerae, sicut gradus frigiditatis, qui stat  
sub specie piperis, & quia materia opii dimittit suam  
speciem, & transmutat se in speciem cholerae, propter  
hoc mortificat fortius cholerae sua parva quantitas,  
quam magna quantitas aquae, sicut ferrum ignitum,  
quod habet magis intensum calorem, quam flamma,  
vel carbones.

## QUAESTIO XXX.


**Q**Uæritur: *An in generatione humorum facta de vic-  
tualibus frigidis sit citius generatum phlegma, quam  
aliquis aliorum humorum; & an generatio efficiatur in-  
simul de omnibus aliis humoribus?*

*Solutio:* In quatuor humoribus stat concordantia,  
& contrarietas, sicut cholera & sanguis, qui habent  
concordantiam caloris, & habent contrarietatem per  
humiditatem, & siccitatem, & sic de aliis; & propter  
hoc, quando efficitur generatio frigidae complexionis,  
frigiditas illius cibi est citius concordans cum phleg-  
mate, quam contrarians cholerae; tamen ita cito con-  
vertuntur in unum humorem, sicut in alium, propter  
hoc quia humores sunt quilibet in alio extense; quare  
convenit, quod fiat simul generatio, propter hoc ut  
disjunctio non sequatur in complexionibus humorum,  
& quod non cesset motus circuli, qui est de caliditate  
in humiditatem, de humiditate in frigiditatem, de  
frigiditate in siccitatem, & de siccitate in caliditatem,  
& sic continuo successive, & iste talis circulus oportet  
esse continue intense, & extense, & in uno, & eodem  
tempore; & propter hoc phlegma in uno, & eodem te-  
pore recipit generationem à frigida complexionem, in  
qua sunt gradatae aliae complexionem; sed quia frigiditas  
rege-

regenerat in ea phlegma, recipit phlegma ab ea majorem generationem, quam aliquis aliorum humorum.

Explicit tractatus iste per gratiam, & adjutorium Domini DEI, & Virginis gloriosæ intemeratæ Dominae Nostræ Sanctæ Mariæ.


FINIS.




10-1-01

... ..

... ..





**G**  
Gloria  
minoritas  
quomodo  
et cū quo

**H**  
Virtus  
majoritas  
quando.

**V**  
Veritas  
Æqualitas  
Ubi.

**D**  
Duratio  
Cōtrarietas  
de quo

**G**  
Voluntas  
finis  
quale.

**B**  
Bonitas  
Differētia  
Utrum

**C**  
Magnitu  
do Con  
cordātia  
quid


**E**  
Potestas  
Principium  
quare

**F**  
Saniētia  
mēdium  
quantam



Dr. Alb. Hargrave, Sec. Majorice.





ILLUMINATI

DOCTORIS, ET MARTYRIS

B. RAYMVNDI LVLLI.

LIBER DE LUMINE.

DEUS

CVM GRATIA TVI LVMINIS AC VIRTUTE,  
incipit Liber de Lumine.

DE PROLOGO.



QUONIAM intellectus multiplicat species attrahendo similitudines entium corporalium, & imaginabilium ad sui cōessentiale, & naturale intelligibile, in quo ipsas intelligibiles facit, id circo facimus istum librum de lumine, in quo intellectus habituet se de scientia Artis Generalis, eò quia iste liber procedit secundum mo-

dum Artis Generalis, ex qua habet Principia & Regulas; iste autem Liber est sicut nodus factus in corrigia excitans memoriam ad recolendum.

2. Quoniam Liber iste erit subiectum in quo intelle-

telle &us illuminabitur, & excitabitur ad intelligendum intelligibilia artificialiter inveniendò entia naturalia, & secreta eorum; ideo iste Liber erit Ars intelligendi subalternata Arti Generali, ex qua ortus est; & est maximè, de rebus naturalibus factus; ut sit associatus intellectui, qui de ipso lumine veritatis dabit doctrinam. Subjectum verò hujus Libri est illuminatio, cum qua aliæ scientiæ illuminantur.

## OPERIS DIVISIO.

**D**ividitur iste Liber in tres distinctiones. *Prima* est de Arbore, & Principiis, & Regulis, & Definitionibus Principiorum Artis Generalis. *Secunda* est de Definitionibus luminis, & decem Regulis. *Tertia* est de Quætionibus de novem modis effendi, extra quos non est aliquid reperibile.

## DISTINCTIO I.

*DE ARBORE, ET PRINCIPIS, ET REGULIS, ET  
Definitionibus Principiorum.*

I. **I**N Libro isto facimus unam Arborem, quam nominamus Arborem, sive Candelabrum de *Lumine*; ipsa enim habet novem flores, sicut in ipsa patet, qui quidem flores nominantur per novè litteras Alphabeti, scilicet B. C. D. E. F. G. H. I. K. Istud Alphabetum de lumine sciri oportet corde-  
tenus scientibus istam Artem.

B. Dicimus, quòd est Bonitas, Differentia, Lumen, & Utrum.

C. Verò est Magnitudo, Concordantia, Lumen, & Quid est.

D. Duratio sive Æternitas, Contrarietas, Lumen,  
& de Quo. E Po-

- E. Potestas, Principium, Lumen, & Quare.  
 F. Sapientia, Medium, Lumen, & Quantum.  
 G. Voluntas, Finis, Lumen, & Quale.  
 H. Virtus, Majoritas, Lumen, & Quando.  
 I. Veritas, Æqualitas, Lumen, & Ubi.  
 K. Gloria, Minoritas, Lumen, & Quomodo, & cum Quo.

2. Hæc autem Arbor cum istis floribus est generalis, ad illuminandum alias scientias per hoc quòd intellectus ab ipsa lumen accipiat, cum quo alias scientias possit videre.

3. Conditiones verò hujus Arboris, sivè candelabri erunt istæ, videlicet, quòd si dubium fiat de hoc, quod competit B. quòd investigetur illud dubium cum eo, quod B. continet in se; & si hoc non sufficit, ad B. C. postea applicetur, & respiciatur hoc, quod B. cū eo, quod C. continet in se ipso; & deinde ad D., si C. non sufficit, recurratur; & sic unam litteram cum alia combinando, usque ad B. K. procedatur; & tunc de necessitate dubium apparebit, cum illa combinatio de B. sit explicitè vel implicitè generalis ad omnia lumina, quæ de genere B. particularia possunt dici.

Si verò dubium de genere B. non dicatur, sed de C. possit dici, ut ad C. applicatur, & si B. C. non est explicitè in illa applicatione, ad D. recurratur, & sic gradatim usque ad C. K. discurrendo: & sicut dictum est de B. C. ita intelligendum est de combinatione aliarum litterarum.

4. Uti autem talibus conditionibus in Arbore ad omnia lumina est investigatio generalis; eo quia Arbor generalis est, secundum conditiones suprascriptas. Veruntamen antequam Artista luminis agere possit de Arbore, oportebit ipsam perlegere, habituando totum librum; quoniam totus liber est in ipsa Arbore implicatus.

## DE COMBINATIONE FLORVM ARBORIS.

5. **I**N ista parte dabimus doctrinam, quomodo Artista hujus Artis de Floribus Arboris sciat uti, sive practicare, & primo de primo Flore scilicet B. videlicet considerare quid B. continet in se, & si dubitat de hoc, quod continet in se, ponat illud dubium in quaestione per *Utrum*, vel per *Quid*, & recurrat ad hoc, quod dictum est de definitione Bonitatis, Differentiæ, & Regulæ de B., & tunc concludat affirmando, vel negando, secundum hoc quod significatum est in prædictis allegatis sine læsione, & destructione definitionum Bonitatis, Differentiæ, & Regulæ de B.

6. Si dubium est de hoc, quod flos C. continet in se, faciat Artista per illum modum, quem diximus de flore de B., scilicet recurrat ad definitiones Magnitudinis, & Concordantiæ, & ad Regulam de C. & teneat hoc, quod videbitur per supra allegata, & hoc ad placitum per definitiones simplices, vel compositas.

7. Si dubium est de hoc, quod B. & C. continent in se ipsis, recurrat ad flores de B. C. & ad ea, quæ in ipsis continentur, scilicet definitiones & Regulas primæ, & secundæ Distinctionis, & teneat ea, quæ ei videbantur; secundum præallegata, & sicut diximus de B. C., ita de aliis floribus intelligi potest.

8. Dubium autem in floribus sic fieri potest, & primo per florem B.: *Utrum Bonitas luminis possit esse ratio bono, quod agat bonum, sine distinctione, & motu?* & videtur quod non, secundum quod significatum est in definitione Bonitatis, & Differentiæ, & Regula de B.

9. Si quaestio autem est de hoc, quod C. continet in se; sicut si dicamus: *Lumen candela quid est per Magnitudinem, & Concordantiam? & quid habet in se? & quid est in alio? & quid habet in alio?* Recurrendum est

est ad definitionem Magnitudinis, Concordantiæ, & ad Regulam de C; & respondendum est secundum ea, quæ de ipsis dicta sunt in prima distinctione, & secunda.

10. Si quæstio autem quærit de B. C., sicut si quæ-  
ratur: *Utrum lumen candela illuminans lampadem cau-  
set motum bonum influendo, & lampas recipiendo, & quod  
motus sit causatus, & compositus ab ipsis?* sicut caleface-  
re à calefactivo, & calefactibili; & currere à curren-  
te, & curribili; & motus sagittæ à motivo, & mo-  
bili, & sic de aliis; Et tunc respondendum est secun-  
dum ea, quæ significata sunt in prima distinctione,  
& secunda de lumine per B. C.; sicut exemplificavi-  
mus quæstiones prædictas per B. C. ita fieri possunt  
per B. D., & etiam per C. D., & sic de aliis.

## PARS PRIMA.

### DE DEFINITIONIBVS PRINCIPIORVM.

1. **B**ONITAS est ens ratione cujus bonum agit bonum.
2. Magnitudo est ens ratione cujus Bonitas, Æternitas, &c. sunt magnæ.
3. Duratio, sive Æternitas est ens ratione cujus Bonitas, Magnitudo, &c. durant.
4. Potestas est ens ratione cujus Bonitas, Magnitudo, &c. possunt existere, & agere.
5. Sapientia est ens ratione cujus sapiens intelligit.
6. Voluntas est ens ratione cujus Bonitas, Magnitudo, &c. sunt desiderabiles.
7. Virtus est origo unionis Bonitatis, Magnitudinis, &c.
8. Veritas est ens quod est verum de Bonitate, Magnitudine, &c.

Gloria

9. Gloria est ipsa delectatio in qua Bonitas, Magnitudo, &c. quiescunt.
10. Differentia est id ratione cuius Bonitas, Magnitudo, &c. sunt rationes claræ, & inconfusæ.
11. Concordantia est id ratione cuius Bonitas, Magnitudo &c. in uno & in pluribus concordant.
12. Contrarietas est quorundam mutua resistentia propter diversos fines.
13. Principium est id quod se habet ad omnia ratione alicujus prioritatis.
14. Medium est subjectum per quod Finis influit Principio, & Principium refluit fini, sapiens naturam utriusque.
15. Finis est id, in quo Principium quiescit.
16. Majoritas est imago immensitatis Bonitatis, Magnitudinis, &c.
17. Æqualitas est subjectum, in quo Finis Concordantiæ, Bonitatis, Magnitudinis &c. quiescit.
18. Minoritas est ens circa nihil.
19. Lumen est ens substantias illuminans, tenebras e-fugando.

Cum istis Definitionibus proponimus definire lumen, ut de ipso notitia plena haberi possit.

## PARS SECUNDA

### DE DECEM REGVLIS, SIVE QVÆSTI- onibus.

1. **P** *PRIMA* Regula quærit de re *Utrum sit, aut non?*, & habet tres species, scilicet affirmationem, dubitationem, & negationem. Sua conditio est, quòd hoc sit affirmabile, sive negabile, per quod res detur

sive objectum magis est recolibile, intelligibile, & amabile: sicut si quæritur: *Utrum sit intellectus?* & videtur quòd sic; quoniam magis recolibile, intelligibile, & amabile est ipsum esse, quam non esse, & hoc secundum definitiones principiorum supradictorum.

2. *Secunda Regula est de Quidditate*, sive definitione, & habet quatuor species. *Prima* est quando quæritur quid sit res; sicut *quid est intellectus?* unde prima species est considerare essentiam simpliciter, sicut *quid est in se?* Et respondendum est, quòd intellectus est in se esse suæ essentiæ, quæ est intelligentia, sive ratio. *Secunda* species est quærere, *quid habet intellectus in se coessentialiale substantiale?* Et respondendum est, quòd intellectus habet in se intellectivitatem, intelligibilitatem, & intelligere. *Tertia* species est quærere *quid est intellectus in alio?* Et respondendum est, quòd intellectus est in voluntate id, per quod voluntas potest eligere ad diligendum verum bonum, & ad odiendum verum malum. *Quarta* species est, quando quæritur *quid habet aliquid in alio?* sicut quærere *quid habet intellectus in voluntate?* Et respondendum est, quòd intellectus habet in voluntate actionem per habitum conscientiæ, cum quo ipsam affligit: & sicut exemplum datum est de intellectu, ita potest dici de omnibus aliis rebus.

3. *Tertia Quæstio*, sive Regula est quando quæritur de *materialitate*, & habet tres species. *Prima* est quando quæritur *de quo est res?* sicut quærere *de quo est intellectus?* Et respondendum est, quòd intellectus est de se ipso, hoc est, quòd non est creatus, nec factus de aliquo alio, sed est creatus in quantum est, & non fuit. *Secunda* species est quando quæritur *de quo est aliquid factum, sive constitutum?* sicut quærere *de quo est intellectus?* Et respondendum est, quòd intellectus est de suis principiis coessentialibus, scilicet de

suo proprio intellectivo, intelligibili & intelligere; & sic de homine, qui constitutus est de suo corpore, & de sua anima, & clavus, qui est de ferro, & sic de aliis similibus. *Tertia* species est quando quæritur de aliquo *cujus est, sicut quærere *cujus est intellectus, vel *cujus est regnum?** Et respondendum est, quòd intellectus est hominis, & Regnum est Regis. Per hanc autem regulam quæritur de quo sunt res.*

4. *Quarta* Quæstio est querere de *Quare*, quæ duas habet species: *Una* per existentiam, *alia* per agentiam; sicut quærere *Quare est intellectus?* Et respondendum est quòd secundum *existentiam* intellectus est propter hoc, quia est de suo proprio intellectivo, intelligibili, & intelligere, sicut totum, quod existit hoc quod est, per suas partes sibi cõessentiales, de quibus est; Et est intellectus per *agentiam* scilicet, ut intelligat, & ad finem se moveat, qui finis est, quòd intelligat Deum, & aliorum entium veritates, & habitum scientiæ habeat. Per hanc regulam quæritur quare sunt res.

5. *Quinta* Quæstio quærit de *Quantitate*, quæ duas habet species *simplicem* scilicet, & *compositam*: sicut quærere *Quantus est intellectus secundum simplicitatem suæ essentia?* Et respondendum est, quòd intellectus est tantus, quantum est *esse* suæ essentia; secundum *compositionem* autem, respondendum est, quòd intellectus est tantus, quantum est per suam essentiam & agentiam, sive per suum proprium intellectivum intelligibile, & intelligere, de quibus est. Per hanc autem regulam quæriuntur mensurationes entium, & numerus eorum.

6. *Sexta* Quæstio quærit de *Qualitate*, quæ duas habet species, scilicet *propriam*, & *appropriatam*; sicut quærere per *primam* speciem *qualis est intellectus?* Et respondendum est, quòd intellectus est talis, qualis est sua



sua propria intellectivitas, intelligibilitas, & suum intelligere; si verò quæritur per *secundam* speciem? Respondendum est, quòd intellectus est talis, qualis est suus habitus, sive qualis est sua intelligibilitas appropriata per actionem positam in sua propria intelligibilitate, per quam attingit alia entia intelligibilia: & hoc idem est si quærat *qualis est ignis per suam propriam qualitatem, quæ est sua caliditas?* Et respondendum est quòd est ens calefaciens, & quòd per suam siccitatem, quæ sibi est appropriata per terram, est in aère desiccativus, & sic de aliis. Per hanc Regulam quæritur de qualitate propria, & appropriata.

7. *Septima* Quæstio quærit de *Tempore*, & tot habet species, quot habent *Secunda* Regula, *Tertia*, *Nonna*, & *Decima*, ut in Arte majori septimâ regulâ dictum est. Sed hîc per quatuor species secundæ Regulæ exemplificare volumus, quoniam per hoc quòd de ipsis dicemus, de aliis intelligi potest: sicut si quærat: *Quando est intellectus?* Et Respondendum est per *primam* speciem sic: Intellectus est tunc, quando suum esse est; & per *secundam* speciem Respondendum est, quòd intellectus est tunc, *quando habet in se suas partes sibi coessentialiales*; Item Respondendum est per *tertiam* speciem, quòd intellectus in alio est tunc, quando agit in ipso, sicut quando intellectus est practicus in subjecto. *Quarta* species est, quando quæritur; *quando habet intellectus aliquid in alio*, & respondendum est, quòd intellectus habet aliquid in alio, quando intelligit similitudines illius: Et sicut diximus de intellectu, sic intelligitur de aliis. Per hanc Regulam quæritur quando sunt res in tempore, aut non: in tempore, sicut intellectus, qui est in tempore quo ad *tertiam* speciem, & *quartam* de C., & non in tempore simpliciter quo ad *Primam*, & *secundam* ejusdem.

8. *Octava* Quæstio quærit de *Loco*: sicut quære  
ubi

*Ubi est intellectus?* Et ista Regula, sive Quæstio quinde-  
 cim habet species, quæ sunt de *Secunda*, & *tertia*, *nona*,  
 & *decima* Regulis, ut in Arte Generali dictum est; sed  
 hic causâ abbreviationis per quatuor species secundæ  
 Regulæ exemplificare volumus; an sicut intellectus,  
 qui est in *ubi* sibi coessentiali, & naturali, scilicet in  
 suo *esse*, sive essentiâ; sicut homo, qui est in sua hu-  
 manitate; est in suo *esse*, & essentia est intellectus per  
 secundam speciem, sicut suæ partes in suo toto: Per  
*tertiam* speciem est intellectus in anima, sive in homine,  
 sive in loco, in quo homo est; Et per *quartam* speciem  
 est intellectus in illa virtute, vel habitu, per quam ha-  
 bet habitum sciendi, & etiam est in illo subjecto, in quo  
 habet actum practicum, & sic de consimilibus. Per hanc  
 Regulam quæritur ubi sunt res in loco & ubi sunt res  
 sine loco simpliciter, sicut intellectus, qui est in lo-  
 co secundum *tertiam*, & *quartam* speciem, & non est  
 in loco, secundum *primam*, & *secundam*.

9. *Nona* Quæstio est de *modo*, scilicet quærere  
*Quo modo sunt res?* & habet quatuor species. *Prima* est  
 quærere quomodo est res in se? *Secunda* est quærere, quo-  
 modo una res est in alia? *Tertia* quomodo partes sunt  
 in toto, & totum in partibus suis? *Quarta* est, quo-  
 modo res extra se transmittit suas similitudines.

*Prima* est, sicut quærere: *Quomodo intellectus est  
 ens per se?* Et Respondendum est, quòd intellectus ha-  
 bet modum essendi per se, in quantum habet propri-  
 am essentiam distinctam ab omnibus aliis essentiis. *Se-  
 cunda* species quærit *quomodo intellectus est in alio, &  
 illud aliud in ipso?* Et Respondendum est, quòd intel-  
 lectus habet modum essendi in voluntate, & voluntas  
 in ipso, in quantum ex ipsis cum memoria anima rati-  
 onalis constitui potest. *Tertia* species est quando quæ-  
 ritur: *Quomodo intellectus est in partibus suis, & suæ  
 partes in ipso?* Et Respondendum est, quòd intellectus  
 habet

habet modum essendi in suis partibus, & suæ partes in ipso, per illam naturam, per quam potest esse ex suo proprio intellectivo, intelligibili, & intelligere; & per quam omnia ista tria possunt esse partes ipsius.

*Quarta* species est quærere: *quomodo intellectus transmittere potest extra se suas similitudines?* Et respondendum est, quòd intellectus transmittere potest extra se suas similitudines per habitum scientiæ intelligendo plures res, quas intelligibiles facit in suo proprio intelligibili. Per hanc Regulam quæritur de modis, secundum quos quædam res habent modos essendi per se ipsas, & una in alia, ut supra dictum est.

10. *Decima* Regula est de instrumentalitate, hoc est quærere cum quo res sunt, sive cum quo agunt; & habet quatuor species similes illis, quæ sunt de Regula, quæ est de modo: sicut quærere: *Cum quo intellectus est pars animæ?* Et respondendum est, quòd intellectus est pars animæ cum differentia, concordantia, potestate, & sic de aliis principiis, exceptâ contrarietate.

*Secunda* species est quando quæritur: *cum quo intellectus alia à se intelligit?* Et Respondendum est, quòd intellectus intelligit acquirendo, & miscendo unam speciem cum alia, & ponendo ipsas in suo proprio intelligibili, in quo ipsas facit intelligibiles, & in ipso ipsas intelligit: sicut oculus, qui in speculo suam similitudinem attingit.

*Tertia* species est quando quæritur: *Cum quo intellectus est universalis, & particularis?* Et Respondendum est, quòd intellectus est universalis in quantum habet unam potentiam intellectivam activam formalem, cum qua plures res attingit in uno intelligibili universali, quòd est de essentia ipsius intellectus, cum quo, & in quo scilicet universali intelligibili, plures species sunt intelligibiles: sicut in uno speculo plures imagines

gines sunt visibiles; & est particularis, quando descendit practicando scilicet intelligendo aliquam speciem specificam, quam acquisivit, & in memoria conservavit.

*Quarta species est quando quæritur: Cum quo intellectus extra se suam transmittit similitudinem? Et Respondendum est, quòd intellectus transmittit extra se suam similitudinem cum suo proprio intellectivo, intelligibili, & intelligere, cum quibus facit esse species intellectas; & per memoriam recolibiles; & per voluntatem eligibiles ad amandum vel odiendum. Per hanc Regulam quæritur de instrumentis rerum spiritualium, sive corporalium.*

Dictum est de Quætionibus, sive Regulis, & in ipsis implicatæ sunt solutiones quætionum tertie distinctionis, & sic de quætionibus peregrinis: possunt etiã reduci ad terminos explicitos per illum modum per quem reducuntur in secunda distinctione.

## DISTINCTIO II.

*DE DEFINITIONIBUS LUMINIS, ET REGULIS.*

**D**istinctio ista in duas partes dividitur. *Prima est de Definitionibus luminis cum Principiis. Secunda de Regulis applicatis lumini; & primò de prima parte.*

### PARS PRIMA

*DE DEFINITIONIBVS LVMINIS CVM Principiis.*

- I. **L**UMEN est ens bonum, quod propriè, & naturaliter agit bonum, existens ei sua propria

pria Bonitas naturalis ratio, quâ agat bonum: sicut lumen candelæ, quod est ens bonum, & agit bonum propriè, & naturaliter illuminando lampadem, & aerem; sicut Sol illuminans aërem causat diem, qui dies est bonus; eò quia est instrumentum, cum quo tenebræ destruuntur, & animalia videre possunt: hoc idem est de Luna illuminante noctem contra tenebras, quæ repugnant potentiæ visivæ ad videndum, quod est malum contra bonum.

2. Lumen est ens magnum per suam propriam, & naturalem Magnitudinem, cum qua agit magnum illuminatum; sicut lumen candelæ, quod agit magnum actum illuminando lampadem, & aërem: etiam habet actum magnum in potentia ratione suæ magnæ Magnitudinis sibi coëssentialis, & naturalis, quoniam lumen candelæ, si haberet sufficientiam lignorum, in tantam magnitudinem multiplicaret se per suam flammam, quòd illuminaret totam spheram aëris, & omnes tenebras, & umbras consumeret.

3. Lumen est ens per suam Durationem propriam, & naturalem durans, cum qua lumen aëris facit durare ratione suæ Bonitatis, Magnitudinis, Potestatis, Instinctûs, Appetitûs, & Virtutis; & hoc in tantum, quòd si ei materia non deficeret, semper duraret sinè diminutione suæ quantitatis, quemadmodum candelæ, si non deficeret lichinus, & cera, semper duraret, & suum effectum durare faceret.

4. Lumen est ens potens propriè, & naturaliter, eò quia cum sua Potestate potest existere hoc quod est in suo numero, & potest agere aliud lumen, vel alia lumina, sine corruptione numeri sui; sicut lumen candelæ illuminans lampadem sinè sui diminutione, & corruptione: & ratio hujus est, quia sua propria Bonitas, Magnitudo &c. ipsum conservant in illo esse, in quo est; veruntamen hoc facere non posset deficiente ei mate-

materia, scilicet lichino, & cera, vel vento repugnante, aut loco, in quo motum habere non posset; sicut lumen, quod in fovea omnimodè clausa motum habere non posset.

5. Lumen est ens habens Instinctum naturalem, & proprium, cum quo agit ea, quæ sibi propriè, & naturaliter competunt: sicut lumen candelæ quod habet instinctum illuminando lampadem per omnem illum modum, qui ei competit in agendo, & lampadi in patiando; & sinè toto illo modo illuminare non posset lampadem, quoniam suus Instinctus esset ligatus deficiente modo, sicut intellectus, qui intelligere non posset, deficiente ei modo intelligendi.

6. Lumen est ens habens Appetitum naturalè, & proprium ad illuminandum, & suam speciem multiplicandum; & ideo quiescit suus Appetitus illuminando: sicut candela illuminans lampadem, & aërem, & aliam candelam extinctam descendendo per fumum ad ipsam, ratione appetitûs, quæ habet ad illuminandum, & de hoc experientia haberi potest: & hoc idem est de intellectu, qui illuminat species, quas acquirit, eò quia ipsas intelligibiles facit ut suam Bonitatem, Magnitudinem &c. in natura habere possit & exercere, & se ipsum intelligere.

7. Lumen est ens oriens Virtuosè de flamma infusum in aërem, sive in lampadem, & hoc cum sua virtuosa Bonitate bonificando, & cum sua virtuosa Magnitudine magnificando: sicut Virtus lucis candelæ, quæ suâ Virtute illuminat aërem, & lampadem.

8. Lumen est ens quod Verè illuminat aërem vel lampadem cum se ipso, & de se ipso, & de sua Bonitate Magnitudine &c. & cum sua Bonitate, Magnitudine &c, & omnia ista Veritas ponit in vero, de quo vero est experientia per visum: hoc idem facit intellectus suo modo, qui docendo scholares illuminat de scientia vero modo, supposito tamen, quòd  
non

non fit impeditus ratione materiæ suæ ipsius, & scolarium, per ignorantiam.

9. Lumen est ens habens delectationem in existendo vel agendo; in existendo, eo quia est hoc, quod est; in agendo, eo quia multiplicat se ipsum: sicut lumen candelæ illuminans lampadem, & aërem delectandose naturaliter; & sic de lumine intellectûs intelligendo delectandose, multiplicando species in se ipso, & in illis hominibus, qui per ipsum addiscunt scientiam; & hoc, ut intellectus conjunctus talem delectationem habere possit: & attrahit ad se hoc, quod per sensum, & imaginationem attingi potest, & in se ipso delectando intelligibile facit, ut quietem habere possit.

10. Lumen est ens illuminans colores, & figuras, ut potentia visiva coloratum attingere possit; quoniam sicut intellectus distinguendo attingit veritatem entium, sic lumen illuminando, seu distinguendo colores, & figuras, visibilitates corporum disponit, sine quo lumine, potentia visiva actum videndi habere non posset.

11. Lumen est ens concordans visibilitates cum subjectis, in quibus sunt, ut potentia visiva objectando attingere possit unum lumen quod cum alio concordantiam habet: sicut lumen candelæ, & lampadis quæ in genere conveniunt & concordant, & in aula luciditatem multiplicant: Hoc idem est de lumine solis, & ignis, quoniam sol multiplicat calorem ignis efectivè, eo quia cum ipso in genere lucis convenit; & cum caliditate ignis inferiora corpora calefacit.

12. Lumen sive lux est color ignis, sive solis, cui colori tenebræ resistere non possunt; supposito tamen, quòd corpus opacum non impediat; & ratio hujus est, quia tenebræ, sive umbra sunt colores terræ, quos aër recipit ratione suæ magnæ diaphanitatis, & ex ip-

sis se colorat, lumine absentato, sicut cristallus supra colorem, viridem, lividum, vel rubeum situata, quæ illum colorem recipit, & de se ipso se habituatur; sed quia diaphanitas est color aëris; & ignis, & aër conveniunt per calorem, lumen tenebras absentat & expellit, & de se aërem colorat, ut apparet in die per solem & in aula de nocte per candelam.

13. Lumen est principium supremi coloris; & ratio hujus est, quia luminaria cœli, & lumen ignis conveniunt genere; non autem colores luminarium cœli cum colore terræ conveniunt; neque in genere cum colore aquæ, & aëris.

14. Lumen est forma, cum qua ignis movet materiam, ut sit lucificabilis, & lucida tunc, quando forma, & materia quiescunt per lucem.

15. Lumen est ens quantificativum per suam quantitatem, & sua quantitas fit duobus modis, scilicet continue, & discrete: *Continue* sicut in aula, in qua sunt plura luminaria, & in die per solem, & de nocte per lunam: *Discrete*, sicut in cœlo per Saturnum, & Jovem &c. & in die per solem, & lunam in nocte, & per lampadem in camera, & candelam in aula.

16. Lumē est ens habens qualitatem indicativam, indicans, quod subjectum luciditatis est propriè de partibus lucidis, quod subjectum appropriat luciditatem aliis subjectis, quæ propriè non sunt lucida, sicut sol lunæ, & lumen candelæ aëri, lampadi &c.

17. Lumē est ens habens relationem indicativam, indicans, quod lumen solis, hoc est corpus solis, & etiam ignis habent partes substantiales coessentialis innatas relatas, ex quibus sunt; videlicet lucificativum, lucificabile, & lucificare, & ex istis exit lumen accidentale & peregrinum, cum illuminat aërem, & colorat.

18. Lumen est ens habens actionem cum sua luce  
illu-



illuminando aërem, eo quia ipsum colorat, sive lucificat de sua luce: habet etiam actionem supra tenebras, ut superius est ostensum.

19. Lumen est forma passiva in quantum sua materia est illuminabilitas generalis, in qua luminaria peregrina lucem recipiunt. Est etiam lumen forma sive potentia passiva, eo quia corpus opacum lumen impedit ad removendum tenebras, ut per quantitatem, & motum non possit habere multiplicationem extensivè.

20. Lumen est habitus aëris, quando illuminatus est in die per solem, & in camera per lampadem; & sic lumen est ens assituatum in subiecto, in quo est, sicut in aëre per longitudinem, latitudinem, & profunditatem, & in Sole, & Luna per rotunditatem, & in flamma per triangularitatem, & in lampade focali per potentialitatem, & in lapide, & ferro per motum.

21. Lumen est ens temporificativum, quod cum motu participat magis, quam aliud ens; quoniam lumen sine motu esse non potest, & quia motus, & tempus conveniunt, lumen magis participat cum successione, quàm aliud ens.

22. Lumen est ens se collocans in aëre illuminando, & aërem in se collocans per omnes illas extremitates, in quibus ipsum lumen extensum est. Et in isto passu apparet, quando unus color est in alio contentus, & quia color proprius non relinquit sive non separat se à suo subiecto proprio, apparet, quando unum corpus est in alio per mixtionem, sicut elementa in elementato, aurum & argentum in denario, & substantia & accidens in composito.

23. Lumen est ens habituans illuminatum; sicut lumen candelæ, quod de sua luce habituatur, & induit aërem illuminatum, eo quia de luce est coloratus, & cum aëre rosam habituatur de luce: sicut intellectus, qui cum

cum sua intelligibilitate innata habituatur se de scientia acquirendo species peregrinas de intelligibilitate habituatas.

24. Lumen est subjectum spacii in medio horizontis existens, in quo color ignis, & aëris se conjungunt: sicut sol in die, & luna in nocte, & flamma candelæ in aula, existente lumine per omnes extremitates parietum continuè, sinè aliqua contiguatione, ipso lumine influente aëri suam lucem, & aër refluens ei suam diaphanitatem; hoc autem esse non posset, nisi ignis & aër essent mixti in cōpositione per totum spacium, & horizontem formaliter, & materialiter.

25. Lumen est finis, in quo color ignis & aëris quiescunt; & etiam potentia visiva, eò quia sinè lumine videre non potest: Ipsa quies est per appetitum conjunctum cum desiderato; sicut amans cum amato, & intelligens cum intellecto, & hoc sic cum illuminare, sicut amans & amatum cum amare, & intelligens & intellectus cum intelligere.

26. Lumen est imago Immensitatis, Magnitudinis Dei, Bonitatis, Æternitatis, Potestatis, Sapientiae, Voluntatis, Virtutis, Veritatis, & Gloriæ; quoniam, si lumen candelæ haberet ligna infinita existens in loco disposito, ipsum lumen infinite multiplicaret suam lucem, & suum lucificativum per illuminare; hoc autem lumen non potest, quia caret lignis, & loco, & ipsum posse in lumine in potentia consistit: & simili modo est de lumine intellectûs humani & memoriæ & voluntatis. Et in isto passu apparet per quem modum Deus est magnus creator, ut significet suam intrinsecam operationem, & Trinitatem.

27. Lumen est subjectum, in quo finis concordantiæ luminificantis, & luminificati æqualiter consistit illuminando; & hoc idem intelligi potest de lumine intellectûs, & de flamma amoris, per intellectivum,

vum, intelligibile, & intelligere, & per amativum, amabile, & amare; & in isto passu apparet quomodo entia spiritualia cum corporalibus sunt significata.

28. Lumen est ens, quodcum sua minoritate circa nihil est existens; sua minoritas verò est, quia, deficiente sibi materiâ, incidit in privationem, & suum contrarium habet esse, videlicet tenebræ. Adhuc est lumen in minoritate, & circa nihil, eo quia in lapide consistit in potentia, & sine agente peregrino, scilicet motu, & percussione ferri & lapidis, non potest haberi in actu.

Dictum est quomodo principia generalia applicabilia sunt lumini per definitiones, & sicut applicavimus lumini, applicari possunt aliis entibus suo modo.

## PARS SECUNDA

### DE REGVLIS APPLICABILIBVS LVMINI.

**P**Ars ista est de applicatione decem Regularum, sive Quæstionum lumini per illum modum, quo positæ sunt in secunda parte primæ distinctionis. Et primo fit.

### DE PRIMA REGVLA QVÆ EST DE POSSIBILITATE per B. significata.

1. **Q**Uæritur: *Utrum lumen candelæ producat lumen lampadis de se ipso generando sinè corruptione sui ipsius?* Ad quod respondendum est, quòd sic; quoniam, si non generaret ipsum de se ipso, produceret ipsum artificialiter, & lumen lampad.

*Hos numeros in his Regulis positos vocat capita, & paragraphos ipse Autor infra in Quæstionibus.*

padis non conveniret cum ipso in genere, quod est impossibile; Et quòd lumen candelæ producat lumen lampadis sinè corruptione sui ipsius hoc apparet per sēsum; eò quia est permanēs in quātitate sua sinè diminutione.

2. Cum lumen candelæ generet lumen lampadis, & ipsum non habeat ita magnum posse sicut Angelus, quæritur: *Utrum unus Angelus possit generare alium Angelum?* Et respondendum est, quòd non; quoniam Angelus non habet materiam divisam, neque per consequens multiplicativam; sed in lumine candelæ, sub materia prima consistit materia secunda, existente istâ materiâ secundariâ transitu, per quem transit materia prima in lumen lampadis per viam generationis.

3. Quæritur: *Utrum lumen candela moveat se ipsum?* Et respondendum est, quòd sic; quoniam in lichino, & in cera consistit lumen invisibile in potentia, & ipsum lumen visibile ipsum deducit in actu generando in sua specie, & se ipsum annihilando per motum superiorem in speciem fumi ipsum transmutando, ut apparet per sensum.

4. Quæritur: *Utrum lumen candela in sua essentia illuminet aërem?* Et respondendum est, quòd sic; quoniam illuminans, quod est de essentia ignis, in suo proprio illuminabili illuminat aërem, cui aëri illuminatio non est propria qualitas, sed appropriata per illuminantem, cui esset illuminatio propria qualitas, si ipsum non assumpsisset in propria & de propria illuminatione ignis.

5. Quæritur: *Utrum lumen candela transmutet diaphanitatem aëris in suam lucem, diaphanitate aëris permanente?* Et respondendum est, quòd sic; quoniam sicut imaginativa multiplicat speciem entium sensibilibus in se ipsam productas, & permanentes, sic à simili est de hoc, de quo quæstio quærit.

6. Quæritur: *Utrum lux luminis candela sit conjuncta*

*juncta cum potentia visiva in videndo coloratum?* Et respondendum est, quòd non; eò quia non habent idem proprium subjectum, sed habent participationem; sicut agens, & instrumentum suum, quoniam visiva potentia cum aère illuminato objectum illuminatum, & coloratum attingit.

7. Quæritur: *Utrum lumen candela illuminans lampadem vegetet ipsam?* Et respondendum est, quòd non; & ratio hujus est, quia lumen candela, & lumen lampadis sunt corpora elementata tantum, in quibus vegetatio sustentata esse non potest propter nimium motum, & calorem.

8. Quæritur: *Utrum in lumine candela sint elementa actu?* Et respondendum est, quòd sic, ut ex ipsis sit corpus plenum secundum longitudinem, latitudinem, & profunditatem, ut in ipsis sua accidentia sint sustentata, & ipsum corpus ex forma sua, & materia, sit constitutum.

9. Quæritur: *Utrum lumen lampadis per lumen candela illuminatum sit de necessitate aut per contingentiam?* Et respondendum est distinguendo videlicet, quòd in quantum lumen candela illuminat lumen lampadis, tunc est naturaliter, & causaliter; sed est per contingentiam, eò quia artifex artificialiter non naturaliter illuminat lampadem cum lumine candela, sed per contingentiam ratione occasionis & indigentia.

Dictum est de quæstionibus supradictis, per primam quæstionem generalem, quæ est de *Utrum*, & secundum suas condiciones, quæ sunt, quòd hoc sit affirmabile vel negabile, per quod anima habet majus intelligere, & recolere, & amare; & in isto passu apparet quomodo Regula prædicta cum suis conditionibus est generalis.

\* \* \*

DE

**DE SECUNDA REGULA QUÆ EST DE**

*Quidditate per C. significata.*

1. **Q**uid est lumen? Solutio hujus quæstionis significata est in secunda Quæstione, sive Regula secundæ partis, primæ distinctionis. Lumen est illuminas: sicut lumen candelæ illuminans lumen lampadis, & aërem: & sic Doctor illuminans se ipsum de habitu scientiæ illuminando scholares suos.

2. *Lumen quid habet in se coëssentiale, & naturale?* Solutio hujus quæstionis significata est in secunda Regula primæ distinctionis; quoniam lumen habet in se ipso partes innatas ex quibus est scilicet luminificativum, luminificabile, & luminificare: sicut lumen candelæ, in quo est illuminificans efficiens in suo illuminificabili aërem luminificatum, & etiam in suo illuminificabili facit lumen lampadis luminificatum deducendo ipsum de potentia in actum, per viam generationis: sicut Angelus, qui cum suis potentiis innatis agit de inferioribus in sua materia sibi generali ad attingendum colores sinè oculis, & voces sinè auribus, & mobilitates corporum sinè tactu, & sic de aliis.

3. *Lumen quid est in alio?* Solutio hujus quæstionis significata est in secunda Regula primæ distinctionis: sicut lumen est in aëre disponente, ut potentia visiva attingat colorem album, disgregando visum, & colorem nigrum, ipsum aggregando.

4. *Lumen quid habet in alio?* Solutio hujus quæstionis significata est in secunda Regula primæ distinctionis; sicut lumen, quod habet in aëre actionem illuminando ipsum, & passionem in potentia visiva, eò quia visus cum luce attingit colorem, & lumen habet virtutem in potentia visiva, sicut in oculo organificato illuminato cum potentia visiva conjuncto, eò quia per ipsam est sensatus & instrumentatus ad videndum.

DE

**DE TERTIA REGULA, QUÆ EST DE QVO  
per D. significata.**

1. **D**E quo est Lumen? Solutio hujus Quæstionis significata est in tertia Regula secundæ partis primæ distinctionis; sicut lumen solis, quod est de se ipso primitivè, & motus octavæ spheræ, qui non sunt derivati, vel non habent originem ab aliis anturaliter.

2. Item *Lumen de quo est?* Solutio hujus Quæstionis significata est in tertia Regula secundæ partis primæ distinctionis: sicut lumen, quod est de suo coëssentiali naturali lucificativo, lucificabili, & lucificare; & sicut lumen lampadis, quod est de lumine candelæ, & lumen candelæ elementatum, quod est de lumine ignis simplicis; & sicut lumen aëris, quod peregrinum est, quia est de lumine candelæ per accidens, est lumen lunæ de lumine solis: sicut motus Saturni, qui est de motu octavæ spheræ, quoniam inferiùs ad antipodes cœlum movet planetas de occidente ad orientem, & hoc in superficie, in qua sumus: sicut aqua movet rotam molendini percutiens ipsam inferiùs, ut moveatur superiùs.

3. *Lumen cujus est?* Solutio hujus Quæstionis significata est in tertia specie tertiæ Regulæ primæ distinctionis: sicut lumen candelæ, quod est possessum à lumine solis; quoniam corpora supra cœlestia possident corpora inferiora effectivè, & virtuosè; sicut intellectus divinus possidet intellectum humanum, & caliditas ignis caliditatem aëris, & aquæ calidæ.

\*\*\*

A a

DE

**DE QUARTA REGVLA QVÆ EST DE QVA  
re per E. significata.**

1. **Q**uare est lumen? Solutio hujus Quæstionis significata est in quarta Regula secundæ partis primæ distinctionis: Sicut lumen candelæ quod est causatum, & necessitatum, eò quia est de suo coëssentiali, substantiali & naturali lucificativo, lucificabili, & lucificare; & sicut lumen lampadis, quod causatum est à lumine candelæ naturaliter, sed est occasionaliter per contingentiam, eò quia homo cum lumine candelæ illuminat lumen lampadis per accidens: & etiam lumen aëris est, quia sua causa est; sicut lumen candelæ, quod causat lumen aëris peregrinè, seu peregrè in suo necessario lucificabili.

2. *Lumen candelæ quare est?* Solutio hujus quæstionis significata est in quarta Regula secundæ partis primæ distinctionis: sicut lumen candelæ, quod est, ut illuminet aërem, & lumen aëris est ut tenebræ non sint in aëre, ut videns cum sua potentia visiva possit videre objecta, quæ sinè aëre illuminato videri non possunt.

**DE QVINTA REGVLA QVÆ EST DE QVAN-  
tum per F. significata.**

**Q**uantum est lumen candelæ? Solutio hujus quæstionis significatur per Regulam de F. in secunda parte primæ distinctionis: Sicut lumen candelæ, quod per quantitatem continuam est unum corpus habens unam quantitatem indivisam in quantitibus discretis in partibus corporeis sustentatis, videlicet in lucificativo, lucificabili, & lucificare.

Et etiam lumen candelæ habet duas quantitates, unam scilicet propriam, & aliam appropriatam, sive peregrinam. Propriam, sicut sua propria quantitas, ex qua



